

Continentur secundum „Catalogum a Wistocki confectum numeri I–109"

compactura munitus et in volumina tria divisus mense Maio 1905.

I

1512.

Sigismundus dei gra Rex polonie Magnus dux
Litwanie Russie prussie qz etc dnus et heres

Magnifico Andree de Coscielecz Thesaurario Regni polonie
Scepusien. osswyaczimien bidgostien et Juniwladislawien
capitaneo Zupparumqz nostrarum cracovien Zuppario ac pro-
curatori generali crac sincere nobis dilecto graciam nram
Magnifice sincere nobis dilecte. Significamus tue S. nos ven-
dicione Magistratus salis in zuppis bochnen als habarkmy-
strwye per olim Nicolaum Rozembarski venerabili Mathie
de Cobylino arcium mgro et sacre theologie professori canto
sancti floriani in Cleparz qz qz sine consensu nro factam ad
supplicationes doctorum et mgrorum universitatis crac comen-
davisse et approbavisse sicut id specialibus lris abundius
descriptum est. Qua propter tue S. comittimus Mandan ut
eisdem doctoribus et magistris seu illi ad quem eiusmodi census
iuste et legittie pertinet de omnibus proventibus ad dictum
Magistratum pertinentibus iuxta vim et natura vendicionis
facte a die date lrarum consensus nri desuper per nos prebiti
respondeat et responderi curet et aliter non faciat pro gra
nra datum Crac feria sexta proxima ante dominicam Oculi anno
domini Millesimo quingentesimo duodecimo

N. Inv.
1170.



Ad Mandatum
Regie Mtis

Mandat Regis sup[er] [illegible]
[illegible] 14 [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Ex Papiri [illegible]

ep ~~[illegible]~~

~~[illegible] S. [illegible]~~

Ex lad B. N. 3

2

1512

Transumptum subinsertorum Documentorum Altari tituli Corporis Christi in Ecclesia Parochiali Ilcussiensi competentium, de tenore tali. = Bernardinus Gallus de Iadra, Custos, Vicariusquè in Spiritualibus, ac Officialis Generalis Cracoviensis. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis, et singulis, præsentium notitiam habituris, visuris, lecturis, et audituris. Quomodò Nos ad instantiam, et petitionem Venerabilis Domini Gregorii de Stawiszyn, Collegiati Collegii mjnoris, et Altaristæ Altaris tituli Corporis Christi in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Ilkusz siti, certam Contractûs notam, emptionem Census annui ad hocce ipsum Altare pertinentem, et spectantem, in se continentem, ex Libro Actorum Venerabilis olim Domini Iacobi de Schadek, Decretorum Doctoris, Canonici et in Spiritualibus Vicarii Generalis Cracoviensis, Antecessoris Nostri vita functi, de Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, die Martis quindecimâ Mensis Martii, per Notarium Nostrum Publicum, et coram Nobis Scribam infrascriptum fecimus, et mandamus de verbo ad verbum transumi, et exemplari, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Nicolaus Rozemberski, Nobilis coram Venerabili Patre Domino, Iacobo de Schadek, Decretorum Doctore, Canonico, et Vicario in Spiritualibus Cracoviensi, personaliter constitutus, non vi, dolo, metu seductus, et nec per errorem, aut improvidè, sed pura intentione, animoquè deliberato, ac simpliciter recognovit, et publicè confessus est se quatuordecem marcas pecuniæ communis, et monetæ usualis, communiter in Regno curren. quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computan. de Censu annuo perpetuo et nemini obnoxio, in et super Officio Magistratûs Montium Salis suo in Zuppis Bochnensibus, alias na Barkrabstwie,

ipsiusque Officio Magistratus Montium praedicto, totali dominio, proventibus, utilitatibus, Censibus, et emolumentis universis, ad ipsum Nobilem Dominum Nicolaum Rozemberski jure haereditario spectan. et pertinen. justa reemptionis sive redemptionis, alias pro quadringentis et quinquaginta florenis Hungaricalibus auri puri, boni, et justi ponderis, Venerabili Domino Magistro, Mathiae de Kobylino, Sacrae Theologiae Professori, Decano Sancti Floriani in Kleparz, et Altaristae Corporis Christi in Ecclesia Parochiali Sanctae Mariae Virginis in Ilkusz, de Consensu Venerabilis Magistri, Stanislai Kobylenski, Decretorum Doctoris, Canonici Ecclesiae Sancti Joannis Scarbimiriensis, Patroni dicti Altaris, de Scientia ipsius vendidisse, per ipsum Dominum Magistrum, Mathiam de Kobylino, Sacrae Theologiae Professorem, ejusque legitimos Successores Altaristas dicti Altaris in Ilkusz pro tempore existentes, singulis annis, et temporibus infra deputatis, hujusmodi Censum tollendum, Levandum, et percipiendum, habendum, tenendum, possidendum, donandum, commutandum, et prout sibi melius videbitur, de Scientia Patroni dicti Altaris convertendum, praefatosque quadringentos et quinquaginta florenos mutuatos, in numero, et pondere competentibus, ab ipsis Altarista et Patrono praesentibus realiter, et cum effectu recepisse, de quibus ipsos quictavit per praesentes, quem quidem Censum dictarum quatuordecem marcarum in Zuppis Bochnensibus, praefatus Nobilis Dominus Nicolaus Rozemberski, tunc ibidem per expressum dictis Dominis Altaristae, et Patrono suprascriptis resignavit, et praesentibus resignat, per ipsum Altaristam et ejus Successores legitimos pro tempore existentes modo promisso habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, Obligans se nihilominus et suos Successores legitimos praefatum

tum Censum annuum quatuordecem marcarum ipsi Altaristæ
annis singulis reemptione hujusmodi durante, sub pœnis ex-
communicationum in eum toties, quoties in solutione ejusdem
Census ipse, aut sui Successores remissus, et remissi essent,
per Dominum Vicarium in Spiritualibus, et Officialem Craco-
vienses Generales pro tempore existentes, monitione dunta-
xat sex dierum præmittenda ferendis, quibus se, et suos
Successores submisit, et submittit, successivè videlicet pro
quibuslibet quatuor temporibus anni, incipiendo solutionem
pro Festo Pentecosten, singulis annis, donec hujusmodi Cen-
sus remissus fuerit, dictas quatuordecem marcas solvere,
et hic Cracoviæ dare ipsi Altaristæ realiter, et cum effectu,
memoratus etiam Nobilis Nicolaus Rozemberski præ-
fatum Contractum hujusmodi venditionis Censuum a-
pud acta Serenissimi S.R.M. Regis Poloniæ recognoscere, et in-
scribi mandare forma, et modo melioribus debebit. Quod-
què licebit sibi Nobili Nicolao Rozemberski Censum
præfatum quatuordecem marcarum, pro Summa eadem
quadringentorum et quinquaginta florenorum, in ma-
nus ipsorum Altaristæ, et Patroni reponendum, quando
voluerit redimere, et cum Censu retento restituere, ac eos-
dem Altaristam, et Patronum prædictos, cum restitutione
hujusmodi pecuniarum per unum quartale prius avisare
debebit, Altarista similiter debebit periculis omnibus,
quod absit, evenientibus, occasione dictorum Censuum,
eorumquè perceptionis, et alias juxta naturam Contra-
ctûs justæ reemptionis ad quotam Census subici. Et in-
super pro majori securitate præmissorum, prælibatus Domi-
nus Nicolaus Rozemberski, à quacunquè persona pro
omni indemnitate solutionis Censuum prædictorum,
quod absit, evenientibus, intercedere, tueri, et defendere

evincere, et indemnes reddere propriis sumptibus, et apud Regiæ Majestatis acta, dictum Censum resignare, et firmare promisit, infra hinc ad Festum Pentecosten affuturum inclusivè omnibus exceptionibus, appellationibus, provocationibus, literis Regalibus, et Constitutionibus Apostolicis, ac indultis, coloribus, ingeniis, et subterfugiis dilationem solutionis facientibus, publicè, et expressè renuntiando. Quem Contractum in omnibus suis clausulis, capitulis, et articulis superiùs annotatis, ipsæ Partes per Dominum in Spiritualibus Vicarium memoratum admitti, confirmari, et literas necessarias desuper concedi, et decerni petierunt. Et Dominus quantum de jure potuit, admisit, confirmavit, et literas opportunas dare decrevit. Præsentibus ibidem Dominis, Nicolao in Passzynycze Plebano, Andrea de Kanczuga perpetuo Vicario, Nicolao de Dobieszkow, Clerico Capellæ Sanctæ Trinitatis in Ecclesia Cracoviensi, Joanne Sacristiano in Kleparz, Joanne Sanotha, et Paulo Sapientia. Quæ omnia, et singula præmissa Vobis omnibus, quibus interest, intererit, aut quomodolibet interesse poterit, in futurum intimamus, insinuamus, ac ad Vestram, et cujuslibet Vestrum notitiam deducimus per præsentes. Volentes insuper, ut huic Nostræ Significatoriæ Literæ in Judicio, et ubilibet productæ, et producendæ, fides indubia, non secus ac ipsæ Originales literæ in medium exhiberentur, adhibeatur. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem, et testimonium præsentes nostras Significatoriæ literas, sive præsens publicum Instrumentum exindè fieri, et per Notarium Nostrum Publicum subscribi, una cum Sigilli Nostri appensione jussimus, et fecimus communiri. Datum Cracoviæ

die

die Veneris vigesima quarta Mensis Januarii, Indictione
quartâ decimâ, Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris,
et Domini nostri, Domini Julii, Divinâ providentiâ Papæ
Secundi, annô ipsius octavo, Annô Domini millesimo
quingentesimo undecimo. Præsentibus ibidem Venerabili,
et Honorabilibus, Viris Dominis, Leonardo, Decretorum
Doctore, Collegiato Collegii Dominorum Canonistarum, Cau-
sarum Audientiæ nostræ Surrogato, Joanne de Colonia,
in Porka, Felice Gomolinski, in Rogow, Joanne Kamocki,
in Scholbancze Plebanis, Petro Zakrzewski, et Mathia La-
giewnicki, Notariis Publicis, et coram Nobis Causarum Scri-
bis, Testibus ad præmissa. Locus Signi Notarii Publici. --
Et me Mathia, Joannis de Sliwniki, Clerico Diœcesis Gne-
snensis, Sacra Apostolica, et Imperiali Authoritatibus --
Notario Publico, et coram memorato Reverendo Patre, Domi-
no Bernardino Gallo, Vicario, et Officiali Generali Cracoviensi,
Causarum Scriba, qui Contractûs præinserti transumptioni,
petitioni, ejusque Decreto, aliisque omnibus, et singulis, dum sic
ut præmittitur agerentur, et fierent, præsens interfui, et ea omnia
præmissa sic fieri vidi, et audivi, ideò hoc præsens publicum Si-
gnificatoriæ, et transumpti instrumentum, exindè manu meâ
fideliter scriptum confeci, et in hanc publicam formam redegi,
Signoque et nomine meis solitis, una cum appensione Sigilli præ-
fati Reverendi Patris, et de mandato Suæ Reverendæ Paterni-
tatis communivi, et consignavi. In fidem omnium, et singu-
lorum præmissorum, rogatus, et requisitus. Sigillum pensile
extat antiquum cereum. = Sigismundus Dei Gratia --
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæque
Dominus, et Hæres etc. Significamus tenore præsentium, qui-
bus expedit universis. Quia venientes ad Nostræ Majestatis
Conspectum, Venerabiles, et Egregii Mathias de Miechow

Artium, et Medicinæ Doctor, Canonicusquè Cracoviensis, et Rector, Doctoresquè, et Magistri Studii Universitatis Cracoviensis supplicarunt Nobis humiliter, ut Consensum Nostrum Regium, in et super certum Censum annuum quatuordecem marcarum, per Nobilem Nicolaum Rozembarski, in et super Officio Magistratûs Montium Salis in Zuppis Bochnensibus alias na Karkmistrze, Venerabili Mathiæ de Kobilyno, Artium Magistro, et Sacræ Theologiæ Professori, Canonico Sancti Floriani in Kleparz, et Altaristæ Corporis Christi in Ecclesia Sancti Andreæ in Ilkusz, pro quadringentis et quinquaginta florenis Hungaricalibus puri auri, et justi ponderis, in vim reemptionis alias na Wyderkaff venditum, et inscriptum, pro parte possessoris Altaris Corporis Christi in Ecclesia prædicta dare, et concedere dignaremur. Quæ quidem Summa modo præmisso inscripta, tametsi ad nos, Nostramquè dispositionem jure communi Regni Nostri devoluta est, proptereaquè absquè Consensu Nostro ejusmodi Census annui venditio, et inscriptio facta est. De speciali tamen benignitate, et certa Scientia Nostra, ac ad Magnifici Christophori de Szydłowiecz, Castellani Sandomiriensis, et Regni Poloniæ Vicecancellarii, Siradiensisquè, Sochaczoviensis, et Gostinensis Capitanei &. diligentem intercessionem, prædictis Rectori, et Universitati, in et super dictum Censum Consensum Nostrum Regium dandum, et concedendum duximus, damusquè et concedimus præsentibus Literis Nostris. Per ipsum dicti Altaris possessorem modernum, et alios pro tempore existentes, Censum prædictum quatuordecem marcarum juxta vim, tenorem, naturam, et Continentiam Inscriptionis

ptionis desuper justè, et legitimè per dictum Nicolaum factæ, tenendum, habendum, utifruendum, tollendum, pacificè, et quietè possidendum, usq ad reemptionem ejusdem Census per Nos, vel Successores nostros facien. Quâ factâ perceptio Census ejusdem ad Nos, et Successores Nostros devolvetur jure pleno. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracoviæ Feriâ quintâ in Festo Circumcisionis Domini, Annô ejusdem millesimo quingentesimo duodecimo, Regni verò Nostri annô quinto. Christophorus de Sz. Castel. Sandom. et R. P. Vicecanz. m. p. Relatio ejusdem Magnifici Christophori de Szydłowiecz, Castellani Sandomirien. et R. P. Vicecancellarii, Siradienq Capitanei. Sigillum Regium pensile extat antiquum cereum. . . . .



Et quia ego Joannes, Onuphrius, olim Josephi Rafałowicz, Publicus Sª Authoritate Apostolica Notarius, Diœcesis Cracoviensis, præinserta Documenta ex suis veris Originalibus, et Authenticis Instrumentis, in pargamenis antiquo charactere scriptis transumpsi, manuq mea propria, nihil addendo, vel minuendo, quod facti substantiam in aliquo mutaret, vitiaret, vel variaret, transcripsi, hincq Documenta cum iisdem suis Originalibus Instrumentis legi, ac de verbo ad verbum concordare adinveni, ideò ut illis firmiter stetur, credatur, plenaq, ac indubia fides adhibeatur, manu propria cum appositione Signi Notariatûs mei Publici, me subscripsi, Cracoviæ hac die Secunda Mensis Martii, Annô Domini 1773tio rogatus, et requisitus. m. p.

Franciscus de Potkana Potkański Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Patarensis, Suffraganeus, Canonicus, Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis Cracoviensis.

Universis et singulis quibus interest, aut quomodolibet interesse poterit, significamus et authoritate Ordinaria attestamur suprascriptum Legalem Nobilem Joannem Onuphrium Rafałowicz esse Publicum Sª Authoritate Apostolica in Diœcesi Cracovien. Notarium illiusq Scripturis per ipsum confectis plenam semper ubivis debere adhibere fidem, quæ et presenti Transumpto est adhibenda. Datt. Cracoviæ Die 6ta Martij, Anno Dñi 1773tio

Ignatius Bienkowski
Cus Cath. Crac. Jdd. Surrogtus



Anno Domini 1518 Iuly 23 Magister Stanislaus de Rzeczicza Custos Scarbimiriensis per Magnificum Dominum Ioannem Bonar Regni Polonie Supparum supremum Ac arcis Cracouiensis Burgrabium Tutorem optimum Erasmo mihi et Seuerino vterino meo Bethmanis in Preceptorem Cracouie feliciter datus Qua tempestate studium lectionum annotatarum opera qua potui diligenti orsus.

Sub preceptore
- Gramaticam piladis.
- Eglogas Virgilii.
- Eneida Virgilii.
- Dionisium Alexadrinum De situ orbis
- Valerium Maximum
- Aulus Gellium.
- Pomponium Letum
- Salustium vtrumque
- Lucium Florum
- Vitas Cesarum a Tranqllo S. scriptas
- Sextum Ruffum
- Algorithm Lineale

Sub
- Coxo
  - Titum Liuium
  - Fabium Quintilianum
  - Epistolas Jheronimi octo.
- Clemete Suetonium Traquillum
- Agricola Ouidium in fastis
- Schadek Cosmographiam Stopnicensis.

Anno domini 1518 Mensis Iulij die 23 Magister Stanislaus de Rzezicza Custos Scarbiriensis Per Magnificum Dnm Ioannem Bonar Regni Polonie Supparij

1524. 4

Libertatio a Solutione contributionis DD. Doctoribus et Magistris Universitatis Crac. conveniens per Venerabile Capitulum Cracovien. concessa.

Anno Domini 1524 Die Veneris quarta Novembris.

Quamvis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Primo Die quarta decima Junij Rmus in Chro Pater Dominus Joannes Konarsky Epus tunc Cracov. per suum Nuncium Specialem et Rndi Patres ac Venerabiles Domini Praelati et Canonici totumq Capitulum Uniformibus Votis Suis ac Suffragijs consenserint quominus astringantur Venerabiles Domini Duo Doctores de gremio Capituli Canonici Cracovien. Unus Vt. Sc. Theologiae et alter Decretorum Doctor ad Solutionem contributionis in quadam Synodo laudatae atq decretae prout latius ex eodem acto Anno et die Suprascriptis contento apparet continens Novissime Vero occurrente Solutione eiusmodi Contributionis Nuper in Synodo Lancicien. laudatae Venerabiles D. Doctores et Magistri ac tota Vntas Study Cracov. interno Moeroris cum eisdem ex Officiana Rmi Dni Epi Cracovien. intendentis amparer petierunt et debitacum instantia postulaverunt se ab ipsius Contributionis Solutione absolvi Exonemq laborum Suorum ex Synodalis Decreti facto et Scriptis contemporandi haberi Et Rndmus in Chro Pater et Dnus Dnus Petrus Dei Gratia Epus Cracov. et Posnan. ac Regni Poloniae Vicecancellarius Item ad Lineam Capitularis Consilij

diei hodiernae differens et personaliter in loco capitulari comparens una cum Rndis Patribus et Vnbilibus Dnis Petro Wapowski Decano Joanne Clo inski Archidiacono Nicolao Bedlinski Scholastico Bernardo Wa powski Cantore Joanne Cambowski Joanne Galubowski Doctore Ja cobo Szymiechowski Thoma Roznowski Stanislao Skarbo Petro Sie niuski Felice Cyphowski Juliano Chelinsky Stanislao Biel S. Theologiae Professore Nicolao de Koprzywnica Decretorum Doctore et Gaspardo Podlaski Prelatis et Canonicis ac toto Vnbli Capitulo Suo Super ea ratione Solvendae Contributionis consultans. Ipse Rmus Dnus Epus Edictus et Suprascripti Domini Uniformibus Votis et Sententys Suis consenserunt et illud admiserunt quod et tota Sy nodus Provincialis eam pridem consensit et admisit toti Universita ti Edictae. Ne ab eius deinaps inposterum Venerabiles Domini Do ctores et Magistri quarumcunque Facultatum actu laborantes Solum et non aly teneantur ad quarumvis Contributionum Solutionem, More Solito laudatarum: neve illi eos Dnis Doctoribus et Magistris ad Synodo Contributiones Solvendas cogi et arctari per quemcunque possint qui prius actu laborabant Etiam aut Senio confecti aut Aegritudine vel a liquo impedimento detenti laborare Ulterius non possunt sed omnino liberi immunes insoluti permaneant tum propter multas alias causas tum propter eam maxime quod toti Regno Sunt eo Ornamento et Reip. ammodo

Privilegium Libertationis a Solutione contribu tionis per Synodum Lanicien Universitati Cra coviensi concessum

A 1514.

Rndmo in Christo Patri et Dno Ioanni Dei Gratia Epo

8

Epo Cracovien Maiori et Mirarando Joannes eadem gratia Epus Posna
nien et Rndmi in Christo Patres et Dni Dni Joannis Dei Gratia
Sanctae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnen Archiepi et Primatis
Regni Poloniae Locum tenens et in Synodo Provinciali Lancicien pro
Festo D. Augustini per nos de speciali commissione et mandato eius=
dem instituta in absentia Suae Rndmae Paternitatis in Curia Romana Vel
in Concilio Generali ex parte Regni Poloniae pro tunc Nuncio existente
tenore praesentium significamus. Quomodo in eadem Synodo Provinciali
per nos celebrata Assistentibus nobis Rndmis ac Reverendis Fra
tribus Nostris Vct D. Erasmo eadem gratia Epo Ploçen caeterisque DD. Ab
batibus Praepositis Decanis Cantoribus Custodibus Praelatis et Canonicis ac
Omnium Capitulorum totius Provinciae Gnesnen Nuncijs cum Manda
tis sufficientibus in eadem Synodo Sancta personaliter comparen
tibus constituti personaliter Venerabiles ac Egregij Viri Domini
Magistri Stanislaus Biel de nova Civitate Sacrae Paginae Pro
fessor Custos Eccliae Colleg. Sancti Floriani extra muros Cracovien Joan
nes de Skawina Canonicus Sarlimiren et Nicolaus de Coprivnica
Consul Cracov Juris Pontificij Doctores Lectoresque Ordinarij eiusdem
Speciales Nuncij seu Oratores a Rndmo Venerabilibus ac Egregijs
Viris Dominis Rectore Doctoribus et Magistris Almae Universitatis
Studij Generalis Cracovien ad eandem Sacram Synodum cum suffi
cienti mandato Literisque credentialibus Missi et coram nobis
et Memoratis Dominis Episcopo Ploçen Abbatibus caeterisque Praela
tis et Canonicis Nuncijs Capitularibus Omnium Ecclesiarum Cathedralium
totius Provinciae Gnesnen tunc Synodaliter congregatis Privilegium
Libertatum de non Solvendis Contributionibus de Beneficijs eorum quae

datione Suarum obtinent Colligaturarum per Rndmũ in Christo Patrem Andream Rozam felicis recordationis Sanctæ Ecclesiæ Gnesnen Archiepiscopum et Primatem Regni Poloniæ eis eorumque Vntati praedictæ gratiose concessa Vestræ Rdmæ P. caeterorumque DD. Epporum in eisdem literis tunc expressorum cum consensu. Aliud vero Privilegium Confirmationis et approbationis Libertationis eorum praedictæ sub titulo et sigillo Rmæ Paternitatis Vræ et postremo literas Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nri Domini Leonis Divina providentia Papæ Decimi feliciter moderni eiusque Bulla plumbea in cordula canapi more Romanæ Curiæ Saluas Sanas et integras suppendente confirmationis ac denuo concessionis de et sup non solvenda Contributione praedicta et exhibuerunt et reproduxerunt asseren. Quomodo eadem Paternitas Vra Rmã cum Suo Capitulo praefatis eorum Iuribus Libertationibus et Privilegijs minime atten Contributiones ab eisdem D. Doctoribus et Magistris contra eorum Privilegium Libertationis etiam per eandem Rmam Paternitatem literis usque eiusdem Patentibus approbatum et ratificatum exhibere ~~no~~ nolentes ipsos ad solvend et ex eisdem extorquen per Censuras Ecclesiasticas niteb. contra praedicta eorum Iura et Libertates ac Privilegia ipsis D. Doctoribus et Magistris eorumque Vntati praedictæ per olim Dominos Principes Regni Poloniæ Reges benignos eiusdem Vniversitatis fundatores et Dotatores concessa et subsequenter per Sedem Apostolicam confirmata et approbata prout praedicta Iura seu privilegia ipsorum seipsum elucidant et testificant. Supplicaverunt itaque Nobis et memorato D. Eppo Ploczen nec non Abbatibus Praelatis caeterisque Dominis Canonicis Nuncijs in eadem Sacra Synodo congregatis Quatenus ipsos et eorum Vntatem praefatum circa praedicta eorum Iura et Privilegium sic Vt Cum ipsum est praedicta eorum Vntati gratiose concessa ac per Sedem Apostolicam confirmata ac denuo concessa conservare dignaremur. Nos vero

Nos vero cum praefato Rmo Dno Episcopo Ploczen ac memoratis D. Abbatibus Praelatis Canonicis Nuncijsque Capitulorum Ecclesiarum tam Cathedralium quam Collegiatarum totius Provinciae Gnesnen. Matura deliberatione ac tractatu suffi cienti intra nos habitis attentoque etiam eo quod memorati Dni Doctores et Magri in dicta Alma Universitate Cracovien personaliter residentes et per se actu laborantes pro commodo Reipcae insudant in eorumque Beneficijs quae ratione suarum obtinent Collegiaturarum vix subsistere possant ipsos et eorum quemlibet coniunctim et divisim et gnalem Universitatem totam circa eorum Iura Privilegia Libertates ad instar Bononien Paduanae et aliarum Universitatum Studiorum gnalium conservare volen praedicta eorum Iura et Privilegia confirmavimus approbavimusque rati ficavimusque confirmamusque approbamusque et ratificamus ac manutenenda decernimus ac a contributionibus seu collectis quibuscunque laudatis vel laudandis inposterum quantum ~~quantum~~ etiam est in nobis absolvimusque et libertamusque per praesentes. Vobis itaque Rmo in Xto Patri et Domino Ioanni eadem gratia Episcopo Cracovien una cum Capitulo Ecclesiae eiusdem ac collectoribus a vobis datis et deputatis aut inposterum dan dis et deputandis nunc et pro tempore existentibus in virtute sanctae obe dientiae et sub Ecclesiasticis censuris ac synodalibus poenis incontra venientes per Iudicem competentem promulgandis seu imponendis authoritate synodali nobis concessa et qua fungimur in hac parte praecipimusque et mandamus ac eisdem inhibemusque Quatenus deinceps et perpetuis temporibus ammemoratis Dnis Doctoribus et Magistris in Universitate Cracoviensi residen personaliter et per se laborantibus seu de Beneficijs quae ratione earum Collegiaturarum obtinent contributiones exactiones et Collectas quascunque laudatas quomodolibet et vel inposterum laudandas statutas vel statuendas. Non exigatis vel exigere faciatis seu super eisdem

supra eisdem

*Censura in exigentes

Contributionibus tam præteritis quam præsentibus et futuris eos per se vel per alium quovis colore quæsito inquietare molestare et impedire minime præsumatis sed potius eos et eorum quemlibet plenarie in libertate prædicta gaudere permittatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum præsentes literas per publicum virum Notarium ex facultate hujusmodi scribam infrascriptum scribi et subscribi Nostrorumque sigillorum iussimus appensione communiri. Actum et Datum Lanicie in Synodo Provinciali per nos ex commissione Memorati Reverendissimi Domini et Domini Archiepiscopi Gnesnensis et Primatis Regni Poloniæ celebrata Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quatuordecimo Indictione secunda Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Domini Leonis Papæ Divina providentia Decimi Anno ejus secundo Die vero Martis vigesima nona Mensis Augusti in Ecclesia Parochiali titulo S. Andreæ Apostoli gloriosi intra muros Lanicien Diœcesis Gnesnensis ibidem sita Præsentibus ibidem Venerabilibus et Egregiis Viris Dominis Nicolao de Brolin Archidiacono Polonowiensi Canonico Ploczensi Stanislao Strzelice Posnaniensi et Ploczensi Canonico Michaele Lubline Custode Crusnicien et Canonico Lovicensi Decretorum Doctoribus Nicolao de Domanikow Officiali Ioanne Horda Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Lanicien Laurentio de Wrzeziia Ecclesiæ Presbitero Arme Alberto Matthia de Raudzeno Clerico Posnaniensi Dominorum Imperiali Authoritate Notario Publico et aliis compluribus testibus fide dignis ad præmissa omnia et singula præsentialiter adhibitis.

1529. Litera Petri Thomicki super Libertat con[tri]butionis

Petrus Dei Gratia Episcopus Cracowiensis et Regni Poloniæ Vicecancellarius nam festum facimus Universis et singulis præsentes nostras literas visuris lecturis et audituris quos præsens tangit negotium vel quomodolibet tangere poterit in futurum Quia cum in proxime celebrata Provinciali Synodo Lanicien

inter cæteras

inter caeteras Additiones et Statuta quae ad bonam conditionem et tranquillum Statum
Ordinis Ecclesiastici spectant id quoque solenniter ex caeteris causis tunc expressis
Sanatum est Ut Beneficia Ecclesiastica ex quibus pro communi ac Patriam Reipub.
defens. contributio pendi consuevit in singulorum Praesulum Dioecesibus denuo
taxarentur et illorum universae obventiones in unum colligerentur Nos eiusdem statu-
ti vigore Processus generales desuper agentes negotium et ipsa Dioecesim Nram
duximus ac iam fere singula beneficia praesertim Archidiaconatus Cracov. per
DD. Commissarios ad id per Nos deputatos taxata esse intelleximus. Quia vero
Venerabiles Sacri Domini Rector Doctores et Magistri Maius et minus et
Canonistarum Collegia inhabitantes ac caetera Beneficia Vntis Studii Gnalis
Cracovien. cum onere legendi seu disputandi annexo tenentes et possidentes in
nostra Ut Cancellaria Universitatis praedicto comparentes praesentia allegarunt
se talis pensionis solutioni minime astrictos esse ac respectu oneris quod in
Lectionibus publice profitendis impendunt a consuendo liberos et immu-
nes factos quinimo taxam omnem qua illorum Beneficia a prima eorum
dotatione et ante praedictorum Collegiorum erectionem onerata erant ex eis
Beneficiis depositam esse aiebant cuiusque rei verificandae gratia nonnullas
praedictarum suarum libertatum patentes literas coram nobis exhibuerunt
et originaliter produxerunt Primas siquidem sub titulis et sigillis Rmi
Dni olim Andreae Roza Archiepiscopo Gnesnen. de consensu aliorum
Rmorum Dnorum Episcoporum et Nuntiorum Capitulorum Provinciae Gnesnen.
Synodaliter congregatorum alteras deinde adhesionem Rmi olim Domini Joan-
nis Epi Cracov. Praedecessoris Nri immediati eidem libertati in Synodo
praedicta concessae in se continentem Tertias titulis et sigillis Rmorum
Ioannis Posnanien. locum tenentes Rndmi Dni Joannis de Lasko
Archiepi Gnesnen. Legati Nati et Regni Poloniae Primatis et pro
illo tempore Nuncium Regni Poloniae in Curia Romana agentis et E.
rasmi Ploczen. Eporum Munitas per Synodum Lanciciae congregatum
supra libertatem

Non Soluendos praedictos Contributionis eis datas Quartas Confirmationis Apostolicas Sanctissimi olim Domini Leonis Papae Decimi super praedictis Privilegiis obtentas. Ultimo certum actum adhaesionis et Confirmationis Omnium et Singulorum Jurium et Privilegium et Libertationum praedictae Universitatis de non Soluenda Contributione per nos et Venerabile Capitulum Ecclesiae Nostrae Cathedralis Cracoviensis factum et Decretum exactis Memorati Venerabilis Capituli extractum petierunt humiliter quatenus eos sic praedictis literis in libertate pristina conservaremus, et illos calamitatibus aliisque temporum afflictos et discipulorum frequentia ex quibus omnem fortunarum antehac capiebant profectum destitutos eorumque beneficia quae magis decrementum quorum proventibus vix competentem victum habere possunt ab Limine retraxatione et quasi nova taxae impositione pronunciaremus libera. Nos vero Petrus Episcopus memoratus inprimis diligenter literis per eos productis lectis ac inspectis illorum allegationi et petitioni se conformantibus attendentes illos a praedictae Contributionis Solutione nostra et auctoritate et qua interveniente immunes factos fuisse ac per eos libertatem et literas superius habitas in robore suo conservatas atque prout de aut confirmatas ex eo affectu quem erga Universitatem praeditos ac lucubrationibus Studiorum deditos semper gerimus eosdem Dominos Rectorem Doctores et Magistros Collegiorum Maioris et Minoris et Canonistarum ac alios beneficiatos cum onere legendi vel disputandi annexo Universitatis Studii Generalis Cracoviensis desudantes ac illorum immunitates et literas omnes et singulas per eos desuper habitas quarum tenores his Nostris praesentibus literis inserere ob eorundem prolixitatem omissimus eas tamen hic pro expressas et insertas habemus attento accessionem earundem literarum cum debitor Nostre et futuro nedum ipsius Universitatis sed fere totius Regni commodo factum esse, in sua manutenendos libertate et in robore pristino conservandos pronunciavimus et decrevimus prout conservamus et a Soluendis Contributione et taxam in eam vim fienda decrevimus liberos pronunciamus et declaramus

Verum quia ex debito Nostri Officij astringimur Ut Singulorum beneficiorum in Nra Dioecesi consistentium fructus et obventiones Sint in suam Ultimam funda tione integri Nec aliquis extraneos discerpant nec etiam Uni per altera Ordines abstrahan Proinde memoratos Dominos Rectorem Doctores et Ma gistros inhabitantes Collegia et actu laborantes ad id induximus et eis sub debito nostro mandavimus Ut eorundem Omnium et Singulorum suorum Beneficiorum onera Saltim legendi vel disputandi annexa habentium actu Laborantium et a Solutione Contributionis exemptorum proventus et U tilitates in Decimis et Censibus existentes in Unum librum communem Similiter alio[rum] Beneficiorum Dioecesis nostrae obventiones Singulas in se continentem per Nostros Commissarios ad exquirendam taxam deputa tos redigerent et inscriberent ac eorundem Verum Valorem et taxam coram memoratis Dominis Commissarijs dicerent et declararent. Nolentes tamen pro ut nec Volumus per hoc in aliquo eorum libertatibus privilegijs et immu nitatibus tam per Sacras Synodos quam etiam per Nos et Nostros praedecesso res illis gratiose concessis confirmationibusque Aplicis praejudicare aut illa infringere quinimo pollicemur Nos eosdem nedum a contribuendo Verum et a caeteris iniurijs [illegible] eorum Iura Privilegia et Libertates ad instar Bononi en Paduan et aliarum Univ[ersi]tatum illis concessa conservaturos et defensuros Protestationes et alia quibus Praedicta sua Privilegia et libertates Validio res redderent et in firmitate conservarent eis faciendo admittentes prout et admittimus in Dei nomine per praesentes. In quorum Omnium et Singulorum fidem et evidens testimonium praesentibus literis Manu nostra pro pria nos Subscripsimus easque Sigilli nri Subimpressione communiri iussimus et mandavimus Datum Cracoviae Die XXVIII Mensis Junij Anno Millmo Quingentesimo Vigesimo Nono.

1513.

Commissio Leonis Papae in personas Eporum Vratislauien et Olomucen. ... Libertatum Vrsitati Crac. concessarum et Contributionum

Stanislaus DEi Gratia Epus Olomucen. una cum Vnblibus Viris Augustino Prepto et Joanne de Pempiiz Decano dictae Ecclesiae Cathedralis Olomucen. Judices Commissarii partibus et causae infrascriptis a Sede Aplica Specialiter deputati. Vniuersis et Singulis Dnis tam Cathlis quam Collegiatarum Canonicis Vicariisq perpetuis nec non Parochialium Ecclarum Rectoribus Plebanis Vicariis curatis et non curatis ac Notariis Publicis Tabellionibusq quibuscunq per et infra Ciuitatem et Dioecesim Crac. illeq vel illis ad quem vel ad quos Ptes literae Nrae deuenerint Salutem in Domino et Ptentibus fidem indubiam adhibere Nostrisq imo Verius Aplicis firmiter obedire mandatis literas Commissionis Sanmi in Xto Patris et Dni

* Nri Domini Leonis Diuina prouidentia Papae Decimi moderni eius piscali per modum Breuis Nro sigillo circumdato more Cancellariae eiusdem Dni Nri Papae subimpressa Munitas Sanas Saluas integras non Vitiatas Non cancellatas neque in aliqua parte Suspectas sed oi prorsus Vitio et Suspicione carent Vt in eis prima facie apparebat Nobis per Circumspectum Magistrum Joannem de Pilzno dictum Blao Syndicum Vrsitatis Cracouien. ad Ptens negotium Procuratorem Specialiter deputatum et Vi appellationis Ptentatas cum ea qua decuit reuerentia nouerit nos recepisse quarum literarum tenor de Verbo ad Verbum Sequitur et est talis VEnerabili Fratri Epo Olomucen. et Dilectis Filiis Prepto et Decano Ecclesiae Olomucen. et eorum cuilibet LEo Papa X. Venerabilis Frater et Dilecti Filii Salutem et Aplicam Benedictionem pro parte Dilectorum Filiorum Singulorum Doctorum et Magistrorum ac totius Vrsitatis Studii Crac. nobis nuper fuit expositum quod licet Domus Collegii Vrsitatis dicti Studii illiusq Doctores Magistri et Scholares Studentes et Singulares personae ab omni Solutione et praestatione one

12

rum acquarumcumq impositionum et contributionum impositarum et imponendarum Sint

per Privilegia Aplica et Approbatorum illius Regum et Principum Poloniae prorsus exe

pti tamen V. Frater Joannes Epus Crac postquam coram eo super exemptione et immu

nitate pdicta pro parte dictorum Magrorum et Vnsitate pdictorum nonnullas Exem

ptionis legitimas Rationabilesq causas et materias articulatas relevantes claras proban

tes ad Solutionem certas contributionis A processo Crac impositis minime teneri

nec ad id compelli debere loco et tempore congruis conjunctim et Divisim datas

et exhibitas fuerant, ac ut illa quas de iure admittenda erant admittere debita cum

instantia petitum extiterat illas admittere indebite recusans in causa hmoi

Juris ordine non Servato Nulliter et de facto procedens eisdem Doctores Magistros et Vnita

tem ad Solutionem Contributationis hmoi Omnino teneri per suam interlocuto

riam Senteam declaravit a quaquo parte Doctorum Magistrorum et Vnitatis

pdictorum fuit ad Sedem Aplicam appellatum Et deinde quia ipse Joannes Epus

appellatione huiusmodi pendente et cuius non erat ignarus contenta ad Vlteriora

procedens Doctores Magros et Vnsitatem prefatos Excomunicatos publice

in Ecclesys per Suas certi tenoris literas denunciari et publicari fecit,

et mandavit, aliaq gravia damna inferre velle comminatus fuit, a quibus

Doctores Magistri et Vntas prefati Seu eorum Syndicus vel Procurator

Sentientes se ex his ac non nullis alys de facto illatis gravaminibus

inferri comminatis indebite gravari ad Sedem eandem denuo appellarunt

Quoc[illegible] Sumus vnicuiq iustitiae debitores ipsorum appellantium in hac parte

Supplicationibus inclinati Statum litis seu molestiae hmoi ac tenorem

literarum Monitionis et excommunicationis dicti Joannis Epi presentibus pro expressis ha

bentes Discretioni Vestrae p presentes comittimus et mandamus quatenus

Vos vel duo vel Vnus Vestrum vocato dicto Joanne Epo et alys qui fuerunt

vocandi Singularum appellationum pdictarum ac post et contra eas et earum

quarumlibet attemptatorum et innovatorum quorumcumq nemo nullitat

et invalidat Illmorum et Exmorum praedictarum denegataeque Justitiae ac non admissionis exceptionum et materiae articulatarum in praejudicium exemptionis et libert Universitatis Magistrorum et Scholarium praedictorum ac injuriarum et capturarum eis quolibet illatarum totiusque Negotij Principalis hujusmodi causas auctoritate Apostolica audiat et fine debito terminet et decidat cum potestate dictum Joannem Episcopum et alios quoscunque interesse putantes citandi etiam per edictum constito de non tuto accessu ac ipsi Joanni Episcopo et alijs quibuscunque Judicibus et personis etiam sub Censuris Ecclesiasticis ac pecuniarijs poenis quibus ubi et quando quoties necesse fuerit inhibendi et quaecunque per ipsum Joannem Episcopum ejusque Officiales et alios quoscunque in praejudicium Doctorum Magistrorum Scholarium et Universitatis praedictorum eorumque Privilegiorum et exemptionum quolibet facta et attemptata revocandi cassandi et annullandi ipsosque appellantes et Singulos in Universitate praedicta morantes Simpliciter vel ad cautelam si opus fuerit absolvendi perpetuum Silentium imponendo injurias appellantibus ipsis quomodolibet in personis bonis et rebus suis factas et illatas ac inferri comminatas ad Notabilem Summam seu emendam prout Juris fuerit taxandi et ad Satisfactionem adversarios cogendi et compellendi auxilium brachij Secularis invocandi ceteraque omnia et Singula et in praemissis et circa ea quomodolibet opportuna faciendi et exequendi prout in omnibus et Singulis praemissis de jure fuerit faciendum Non obstantibus praemissis ac felicis recordationis Bonifacij Papae VIII praedecessoris Nostri de una et Concilij Generalis de duabus dictis dum modo aliquis vigore praesentium ultra tres dietas ad Judicium non trahatur Privilegijs quoque et indultis praefato Joanni Episcopo per Sedem Apostolicam vel alias forsan concessis quibus illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat Specialiter et expresse derogamus ceterisque Contrarijs quibuscunque Datum Romae apud S. Petrum Sub Annulo Piscatoris Die XVI Aprilis M. D. XIII Pontificatus Nostri Anno


Anno Primo Post quarum quidem Commissionis et modum brevis Literarum presentatio
nem et per nos receptionem fuit nobis per ipsum Magnificum Joannem Procuratorem prefa
tum debita cum Instantia Supplicatum quatenus ad Executionem Eiusmodi harum pro
cedamus et literas citationis et alia necessaria et oportuna ac Inhibitiones contra partem
adversam decernere dignaremur Nos vero attendentes petitionem Dominum fore iustam et Ratione
consonam quodque iusta petentibus Non est denegandus assensus Literas Citationis
huiusmodi et inhibitionis Secundum petita decrevimus dandas damus et decernimus
per presentes Quocirca Vobis Executoribus Suffraganeis et Vnum cuilibet coniunctim
et divisim in virtute S. Obedientiae et Sub Excommunicationis Poena quam Vos et Vnum quemli
bet trium duntaxat dierum Canonica monitione premissa ... mandatis Nostris
Dominum imo Verius Apostolicis parere cum affectu aut ea negligenter contumaciter
adimplere incurreritis ferimus in his Scriptis praecipimus mandamus quatenus ad Instan
Venerabilium Singulorum Doctorum et Magistrorum totiusque Universitatis Studij
Clerum personaliter eundem Si commode poteritis alias vestris in Ecclesiis alta et in
telligibili Voce proponentes aut in Cathedrali Ecclesia Cracoviensi Vel locis Be
neficiorum eminentioribus per affixionem ... Reverendum in Christo P.
Joannem Episcopum Cracoviensem quem et nos presentibus citamus et coram nobis Vo
mue aut in domo habitationis alterius Nostri Collegarum et absentia Nostra
triasima die a die Executionis presentium immediate Sequenti Si Iuridica fuerit
alias prima die Iuridica immediate Sequenti hora audientiae consueta per se
aut per suos Procuratores Seu Procuratorem Sufficienter instructos seu instru
ctum comparere et ad dicendum opponendum Seu dicendum Verbo Seu Scripto Contra Dominum
Commissionis ad Nostram Iurisdictionem et ad procedendum et procedi Videndum ad
Omnes et Singulos articulos et puncta in eadem Commissione expressos nec
non ad omnes Actus ac terminos Iudiciales continuandum et conservandum
Certificantes Nihilominus dictum Dominum citatum quod Sive in dicto citationis
termino comparuerit Sive non Nos cum parte comparente ad ulteriores dicta
cause

uerit dante Domino procedemus Et insuper attendere quod in huiusmodi causa Vobis ut Commissar authoritate Apostolica ex vi appellationis commissa et coram nobis producta nihil sit per quempiam attemptandum siue innouandum Iduirco vobis D. Executoribus supradictis et vestrum cuilibet solidum eadem authoritate et tenore presentium committimus et mandamus quatenus dicto Rmo Patri Dno Episcopo Crac. ceterisque Iudicibus Ordinarijs delegatis vel subdelegatis dumodo requisiti fuerit pro parte prefatorum Doctorum et Magistrorum ac totius Vniversitatis Study Crac. ex parte Nostram imo verius Rmi in Christo Patris et Domini Nri Domini Leonis Papae moderni inhibeatis quibus et nos tenore presentium inhibemus Vt ipse seu aliquis eorum in causa huiusmodi in preiudicium ac contemptum Iurisdictionis Nrae et DD. Doctorum seu Vniversitatis prefatae per se vel per alium seu alios directe vel indirecte publice vel occulte siue quouis quaesito colore quicquam attemptare. siue innouare audeat Alioquin si secus fecerit seu fecerint id totum reuocare cassare annulare et in statum pristinum reducere curabimus iustitia sancta mediante Dum vero Executoribus presentium et quicquid in premissis feceritis nobis a tergo presentium descripto quantotius intimare curet In quorum omnium et singulorum fidem et maius euisdem testimonium ac robur premissorum presentes literas siue presens publicum instrumentum Commissionem meam Citationem siue inhibitionem in se continentem siue continens exinde fieri et per Nrum Publicum nostrumque et huiusmodi causae coram Nobis scribam infrascriptum subscribi et publicam Mandauimus Sigillique Nris iussimus et fecimus appensione communiri Datum et Actum Olomucensi sub Anno Dni 15 tertio decimo Inditione Prima Die Sabbathi 13 Mensis Augusti Pontus prefati Rmi in Christo Patris et Domini Nri Domini Leonis Papae Decimi Anno primo presentibus ibidem Nobilibus et Honorabilis Viris Valentino de Blogonj Matthia Ferrelt Cubiculario prefati Rmi Dni Episcopi Olomucensis et Melchiore de Blogonia Vratislavien. Dioc. testibus ad premissa Vocatis Specialiter et Rogatis

Ego Se

Ego Stephanus Ostulanus Clericus Olomucen. Publicus Ap[osto]lica au[ctori]the Notarius et coram p[rae]dictis Dominis Commissarijs Judicibus Ap[osto]licis ac causae hmo[d]i Scriba quia p[rae]dictarum literarum Commissarios oblationi p[rae]sentationisq[ue] ac Decreto petitioni ac eorundem susceptioni Omnibusq[ue] alijs et Singulis dum sic ut p[rae]mittitur coram eisdem Commissarijs et Judicibus fierent et agerentur una cum p[rae]noatis testibus p[rae]sens interfui eaq[ue] Omnia et Singula sic fieri vidi et audivi ac in notam sumpsi ideo hoc p[rae]sens publicum att[es]t[ation]is et Inhibitionis Instrumentum Manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc formam publicam redegi signoq[ue] et nomine meis solitis ac consuetis una cum appensione sigillorum p[rae]fatorum D[omi]norum Commissariorum et Judicum communivi et consignavi In fidem et testimonium O[mn]ium et Singulorum p[rae]missorum rogatus et requisitus.

Anno D[omi]ni 1669. Similem litem de Contributionibus Academiae intentavit Ill[ustrissi]mus Ep[iscopu]s Cracovien[sis] sed a Decreto ipsius appellavit Procurator Univ[ersita]tis ad Primatem Regni Archiep[isco]pum Gnesnensem.



Libertatio à Solutione
quarumcunq Contributionum,
Doctoribus et Magistris
Universitatis Cracoviens
concessa finaliter
Anno 1524

PETRVS Dei gratia Episcopus Cracouiensis, et Regni Poloniæ Vicecancellarius.

Manifestum facimus vniuersis et singulis præsentes nostras literas visuris lecturis et audituris, quosque præsens tangit negotium, vel quomodolibet tangere poterit in futurum. Quia cum in proxime celebrata Prouinciali Synodo Lancicien. inter cæteras editiones et Statuta, quæ ad bonam conditionem et tranquillum statum ordinis Ecclesiastici spectant, id quoque solenniter ex certis causis tunc expressis sancitum esset, vt Beneficia Ecclesiastica ex quibus pro communi et necessaria Regni defensione contributio pendi consueuit, in singulorum Præsulum Diocesibus denuo taxarentur, et illorum vniuersæ obuentiones in vnum colligerentur. Nos eiusdem Statuti vigore processus generales hoc tangentes negotium, per et infra Dioecesim nostram direximus, ac iam fere singula beneficia præsertim Archidiaconatus Cracouien. per Dominos Commissarios ad id per nos deputatos taxata esse intelleximus. Quia vero Venerabiles viri Domini Rector, Doctores, et Magistri, maius et minus, et Canonistarum Collegia inhabitantes, et cæteri, beneficia Vniuersitatis Studij Generalis Cracouien. cum onere legendi vel disputandi annexo, tenentes et possidentes, in nostra, vt Cancellarij Vniuersitatis prædictæ comparentes præsentia, allegarunt se talis pensionis solutioni minime astrictos esse, ac respectu onerum quæ in lectionibus publice profitendis impendunt, a contribuendo liberos et immunes factos, quinimo taxam omnem, qua illorum beneficia a primæua dotatione, et ante prædictorum Collegiorum erectionem onerata erant, ex eis beneficijs depositam esse aiebant, eiusque rei verificandæ gratia, nonnullas patentes libertatum suarum prædictarum literas coram nobis exhibuerunt, et originaliter produxerunt. Primas siquidem sub titulis et sigillis Rndissimi olim Domini Andreæ Roza Archiepiscopi Gnesnen. de consensu aliorum Rndissimorum Dominorum Episcoporum et Nuntiorum Capitulorum Prouinciæ Gnesnen. Synodaliter congregatorum. Alteras deinde adhæsionem Rmi olim Domini Joannis Episcopi Cracouien. prædecessoris nostri immediati eidem libertati in Synodo concessæ prædicta, in se continentem. Tertias titulis et sigillis Rmorum olim Dnorum Joannis Posnanien. locumtenentis Rmi Domini Joannis de Lasko Archiepi Gnesnen. Legati Nati, et Regni Poloniæ Primatis, et pro illo tempore Nuntium Regni Poloniæ in Curia Romana agentis, et Erasmi Plocen. Eporum munitas per Synodum Lanciciæ congregatam super libertate non soluendæ prædictæ contributionis, eis datas. Quartas Confirmationis Apostolicæ Sanctmi olim Dni Leonis Papæ decimi, super prædictis Priuilegijs obtentæ. Vltimo certum Actum adhæsionis et Confirmationis omnium et singulorum Jurium, Priuilegiorum, et Libertatum prædictæ Vniuersitatis, de non soluenda contributione, per nos, et Venerabile Capitulum Ecclæ nræ Cathedralis Cracouien. factum et decretum, ex Actisque memorati Venerabilis Capituli extractum. Petieruntque humiliter, quatenus eos sic prædictis literis munitos, in libertate pristina conseruaremus, et illos calamitatibus alioqui temporum afflictos, et discipulorum frequentia, ex quibus omnem fortunarum antehac capiebant profectum destitutos, eorumque beneficia quæ magis dici merentur officia, quorum prouentibus vix competentem victum habere possunt, ab huiusmodi retaxatione, et quasi nouæ taxæ impositione pronunciaremus libera. NOS VERO PETRVS EPISCOPVS memoratus, inprimis diligenter literis per eos productis, lectis, ac inspectis, illorum allegationi et petitioni se conformantibus, attendentes illos a prædictæ Contributionis solutione nra et autoritate et gratia interuenien. immunes factos fuisse, ac per id libertatem et literas per eos super id habitas, in robore suo conseruatas, atque prout decuit confirmatas, ex eoque affectu quem erga virtute præditos, ac lucubrationibus studiorum deditos semper gerimus, eosdem Dnos Rectorem, Doctores et Magistros Collegiorum maioris et minoris et Canonistarum ac alios beneficiatos cum onere legendi vel disputandi annexo Vniuersitatis Studij generalis Cracou. actu laborantes, ac illorum immunitates et literas omnes et singulas per eos desuper habitas, quarum tenores his nostris præsentibus lris inserere ob earundem prolixitatem omisimus, eas tamen hic pro expressis et insertis habemus, attento concessionem earundem lrarum cum debita ratione et futuro nedum ipsius Vniuersitatis sed fere totius regni commodo factam esse, in sua manutenendos libertate et in robore pristino conseruan. pronunciauimus, et decreuimus, prout conseruamus, et a soluenda omni contributione et taxa in eam vim fienda liberos decernimus, pronunciamus et declaramus. Verum quia ex debito nostri officij astringimur, vt singulorum beneficiorum in nostra Dioecesi consistentium fructus et obuentiones sint in unum vt a prima fundatione integri, nec per aliquos extraneos discerpantur, nec etiam vni per alteram Ecclæ abstrahantur. Proinde memoratos Dnos Rectorem, Doctores et Magistros prædicta inhabitan. Collegia et actu laborantes ad id induximus, et eis sub debito nostro mandauimus, vt eorund. oium et singulorum suorum bnficior. onera saltem legen. vel disputan. annexa habentium actu laborantium et a solutione Contributionis exemptorum prouentus et vtilitates in Decimis et Censibus existentes, in vnum librum communem. Similiter aliorum beneficiorum Dioecesi nostræ obuentiones singulas in se continentem per nostros Commissarios ad exquiren. taxam deputatos, redigerent et inscriberent ac eorundem verum valorem et taxam coram memoratis Dominis Commissarijs dicerent et declararent, nolentes tamen prout nec volumus per id in aliquo eorum libertatibus, priuilegijs et immunitatibus, tam per Sacras Synodos, quam etiam per nos et nostros prædecessores illis gratiose concessis, Confirmationibusque Aplicis præiudicare aut illa infringere, quinimmo pollicemur nos eosdem nedum a contribuendo, verum et a cæteris iniurijs, iuxta eorum Jura, Priuilegia, et Libertes ad instar Bononien. Paduanæ et aliarum Vniuersitatu illis concessa, conseruaturos et defensuros Protectores et alia quibus prædicta sua priuilegia et libertates validior redderent, et in firmitate conseruarent eisdem faciem. admittentes prout et admittimus in Dei nomine per præsentes. In quorum oium et singulorum fidem et euidens testimonium præmissorum præsentibus literis manu nostra propria nos subscripsimus, easque sigilli nostri sub impressione communiri iussimus et mandauimus. Datum Cracouiæ die lunæ XXVIIJ Mensis Junij Anno Dni Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

1529. 28 Januii

1529.

Acutamis Vrtia scitus

Immunitas à Contributionibus Al. Rmo Crac.

6 1537 ...

Betzae Martini J.U.D. et Prof. Testamentum.

In nomine domini dei omnipotentis totiusque trinitatis anno domini
Millesimo quingentesimo tricesimo septimo Indictione decima die vero
decima aprilis Pontificatus sanctissimi patris et domini Nostri pauli tercij
anno eiusdem tercio Serenissimo Sigismundo primo Regnante et Gubernante
Regnum polonie Ego magister martinus Belze de Cracovia Juris
prudentie doctor etc. Considerans et attendens quod nihil certius
morte nihilque incertius hora mortis desiderans diem peregrina
tionis mee extrema dispositione testamentaria prevenire: de
lapidea mea propria in platea sancti floriani inter domos
Malcher veygel et Cegothska sitta Quam Emi proprijs meis
pecunijs laboribus quesitis licet stanislaus Belze frater habeat resi
gnationem propter incapacitatem persone spiritualis mee cui non admittitur
r. 1537. resignatio: protestans quod ad mortem meam reservo dominium
et facultatem vendendi comutandi donandi si videbitur
Quam domum meam predictam non ex aliqua successione devolutam
lego filijs et filiabus (si filias plures habuerit) Stanislai belze quos
filios et filias habuit et habebit cum anna uxore filia petri Nisky
Excepta anna filia uxore Joannis filij Blasij Item filio et filiabus
Joannis Krugowski quos habuit cum sorore mea zophia mortua
Item filijs et filiabus sororis agnetis Item filio Joanni et filiabus
olim Margarethe sororis consortis Georgij aurifabri Qui filij et
filie predicte fratris et sororum habeant predictam domum in equa
lem partem Ita tamen quod filiabus agnetis et maxime seniori filie
detrahatur ea Summa quam dedi marito dotis: et duabus filiabus
Barbare sororis videlicet agneti et Barbare quibus pro dote dedi per
quinquaginta florenos similiter et alijs detrahatur si contigerit
me aliquam Nubtui dare, defalcetur
Item lego et volo ut Elizabet de pyethrkow que a multis annis
in Egritudinibus diversis fideliter serviebat vigilias fatigas sustinendo
habeat habitationem stubellam liberam supra testudinem in atrio
et locum in posito reponendi ligna ut in ea stubella "domus mee" ma-
neat libere sine omni censu ad mortem Si vero Contingat
predictos filios et filias vendere predictam domum Ex tunc tam
diu maneat quousque eidem elizabet de pyethrkow dederint

Quinquaginta florenos in moneta redimendo mansionem eius
tui concessi pro eius servitio
Casu vero quo prefati nepotes filii ex fratre et sororibus nollent
eam conditionem suscipere et vellent contravenire voluntati mee extunc
domum sepe dictam quam ex nulla successione et devolutione habeo
sed ex meis peccuniis empta est habeant eandem domum pauperes sancti
Sebastiani ex virtute clausule substitutione directa substitutione. Et
quamquam contravenerint testamento ex me deliberate tunc
sana mente nec alicuius seductione confecto. Item prestans me
ad vitam reservatum dominium



Ego qui supra magister Martinus belze de
Cracovia iurisprudentie doctor Collegii
Canonistarum Collegiatus hoc testamentum
manu propria scripsi et subscripsi Sigilloque
proprio quo usus sum muniui Et cetera

N. Inv. [redacted] 1555 l. 17 Julii.

7 13

+ Jhus maria.:

In nomine Domini amen Ego Stanislaus Voygt Cantor ecclesie metropolitane
Gneznen et decanus ecclesie Cracovien. recognoscens me mortalem, vite autem
mee terminum ignorans nesciens diem neque horam transitus mei ac voca-
tionis mee ex hac caduca et transitoria vita, sanus mente et corpore ple-
nus tamen annorum, de bonis que iure hereditario seu alio quomodolibet
ad me pertinere dinoscuntur et in Civitate Cracovien. existunt inherendo
privilegijs iuribus plebiscitis civitatis Cracovien. per Sacram et Serenissi-
mam Regiam Mtem confirmatis per literas michi assumptis condo atque
facio testamentum meum ac voluntatis mee ordinationem de bonis in Foro
civili consistentibus ad hunc qui sequitur modum
Volens itaque ego consulere concordie amori sororis mee et nepotum q
raro inter hereditariam successionem observari solet morientibus consan-
guineis et migrantibus ex hac caduca vita mortalium cogitavi multis
nominibus ut viventes componere eos nempe sorore Ursula Groschowa
et priorum uxorum filio et filiabus suprascriptis et Dne Magdalene Bzenko-
wa et filijs et filia eius eorum ventum est gratia dei omnipotentis coopera-
te cui laus honor et gratiarum actio, divisio itaque facta est inter Dnam
Ursulam in suis omnibus auctoritate magistratus Cracovien. liberato
primum domo dicti Nicolai Grosch a censu viginti florenorum pro quadrin-
gentis florenis empti pro predicatore almanorum, ego autem numeravi
Dno Nicolao Grosch michi amicabilis nomine quingentos viginti florenos
r. 1555. solum retentos census Dno Jodoco Ludovico ut vitrico ecclesie quinquaginta
florenos Michaeli Joanni Libner certam summam eos ex divisione here-
ditatis eos quomodo contingente solui autem parata pecunia flor. quadra-
ginta plus minus sic quod domus et census fuere liberati, ex altera parte
pro pueris et sorore mea D. Ursula primo itaque feci numerari pro
istis pueris et sorore mea Ursula mille florenos, elocavi tres filias
Dne Ursule maritis honestis D. Lure Walischewsky, Barbaram secundam
D. Stanislao Pluschowsky, Tertiam Valentino Jankowski Susannam nomine
has omnes feci sumptibus meis et suis, subministrando sumptus victus
ebdomadatim per omnia tempora usque ad elocationem earum cooperante Dno
deo, elocavi has tres honesto matrimonio dotavi plane omnia vestes et
mundum muliebrem rerum omnia que hospitalitatem concernebant excepto
rerum vestes et reliqua omnia prout moris est elocare patri filias Nam
priorum uxorum dictarum filius et filie omnia diripuerat in me totum omnium
conversus fuit Et fide bona exposui exposui ~~ultra~~ in familias hanc
ultra tria milia florenorum in liberatione domus, Enumeravi autem
ut acciperet eis debitum omnes plus expectandi a me et ex bonis
meis tamen sat superque in eos contuli beneficentie ac munificentie
mee et hoc testatum facio fide bona quod ex eorum substantia nec ullum
assem unquam habui sicco agant gratias Dno deo qui eum animum michi inspiravit
Nepotibus autem ex Dna Magdalena, liberavi hereditatem meam me
et post mortem Alexij fratris mei et redempta ere proprio et devolutas
Redemi eum domum in quadringentis florenis a Dno predicatore polono-
rum hunc ad sanctam Barbaram in ducentis florenis alios ducentos numeravi
Dno Joanni Bethman, Centum florenos hospitali s. Sebastiani et Rochi per
me inscriptos Do et offerendo in Lapidea Galeacij barbatoris in platea
Castrensi non longe a sacello s. petri sita mea pecunia emptos Centum
alios quos donaverat monasterio s. Agnetis in Stradomia hunc censum
transtuli in Cazimiria in domum quondam Vittek in platea Vratislaviensi
Edificavi ex muro solido postum totum alias hindergmach a fundamentis

exposui aut in eo edificio vltra sexcentos florenos Mouens aut Alexius
frater meus fuit obligatus mercatoribus wratislavien quadringentos flore
nos vna in sepultura et nonaginta viii florenos in decemodo grosso
ea omnia facta sunt post divisionem paterne hereditatis in nonerzany
et eius prolem et heredes sorore et fratres meos, Sic quod ego etiam libe
ravi istis modernis nepotibus meis ex sorore mea Dna Magdalena
Sic quod nec isti ex Dna Magdalena nec Erasmus Canonicus wanceonensis
scolasticus Crusvicien et prebendarius capelle Regis vinisn in etiam
Czarowicz et Sebestianus Konk in eorum sorore et nepte bene contentati
sunt et diviserunt hereditatem hanc per me liberata a censibus in tota
inter se diviserunt faxit deus omnipotens ut illis sit ad augmentum
divine gratie et bonorum temporalium augmenti in favore hominum
Dedi etiam nepti ex D. Magdalena vera sorore mea pro dotis augmentatione
prelia familiarem, et Impreciatus meo ere absolvi et reliqua sed ipse fecerunt
ad bona educacione inter amicitas meas Dominus deus sit benedictus habet
utrique nepotes mei pro me deum exorare tenentur
Lego itaque Dne Vrsule Groschowa Centum quinquaginta florenos pro victu
nolo aut ut emat censum aliquem sed dispensabit hanc pecuniam D Joannes
Gleywicz ebdomadatim per grossos numerabit ei grossos quindene et si conti
geret eam migrare ab hac vita extunc totalis toto id quod superest in sepul
tura non sumptuosa nec emptione pannorum lugubris sed omnia in pia opera
convertantur
Quia aut vsum fructum domus qua inhabitat ad vite tempora habet ex
tunc hij qui inhabitant aut inhabitabunt domum eandem solvat eidem
D. Vrsule censum competentem sit quimque sit ille Nam eam quotta qua
ego habeo vltra quadringentos florenos qua donavi aut donare possit
Stanislao Grosch erunt in domo illa mei quingenti et viginti florem
quos nolo ut dividant nec Stanislaus oneret matrem D Vrsula quo ad
vivit sine voluntate et libero consensu eius, quia male promissa est a
marito suo nam haberet eum vnde viveret habeant itaque patienciam
quo ad Dna Vrsula vivit, et filie et mariti eorum sive nepotes

Habeo plumbi certam summam centenariorum prout in registro plumbi fusius conti
netur hec totum plumbum committo Dno Joanni Gleywicz fratri meo amicali
ei vendicione et disposicione totalem Czaronie existentis plumbi et alibi in
Ruschowicze Slawkow Tarnowskye Zyglynskye et Reperzbye committo ut in fine
ea Dnorum executorum meorum et ipse executor vendat det et distribuat secundum
voluntatem et disposicionem testamentalem meam ut quemadmodum ipse sit
quali amore eum a puero prosecutus sum et semper meam rem sua efficere
meliorem tam in substancia sua et possessionibus quantum michi erat possibile
sic et ipse sit meus post mortem fidelis adiutor et curator anime mee si et
ipse obierit ut habeat aliquem qui eius anime sit verus curator et non
fastidiat vllum laborem sed defendat animose rem meam et vltime voluntatis
mee execucionem quod ut fiant per deum immortalem eum obtestor quod si secus
fecerit vocabo eum eum coram tribunal Dni dei ubi michi responsurus
Ex quo ego omnem substanciam non ex bonis paternis nec maternis acquisivi
sed multo labore in servicio Serenissimorum d. Joannis Alberti Alexandri et Sigismundi
primi regum polonie acquisivi successive ea que habui et reliqui sit eam omnia
volo ut distribuantur in vsus variorum, heredes itaque meos consilio pauperes
christi in quibus cupio habere partem in celesti patria memor verbi Dni in
Euangelio descripti per Matheum quinto capite beati pauperes spiritu quoniam

apertum est regnum celorum Hec est itaque ultima voluntas mea et dispositio
quam firmam esse volo et rogo et obtestor Magistratum huius et eos qui
fuerint in futurum preerunt ne permittant meam hanc ultimam voluntatem aliquo
modo aut exquisitis coloribus immutare aut labefactari aut violari Nam omnes
sorores nepotes utriusque sororis prompta et numerata pecunia donavi ad omne
minimus per quingentos florenos preter hereditatem quam edificatam in equam
divisionem eis donavi Ego enim vivens negocia civitatis pro posse meo sine cla:
clamore et iactancia in insignibus locis tutatus sum et promovi in variis
ingeniis in arduis civitatis istius occurrenciis et reipublice Ideo rogo eosdem
dominos et Magistratum totum civitatis istius Cracovien ut et ipsi in execucione
istius ultime voluntatis mee me tueantur et defendant Scripsi hec Cra:
covie Die xvij Julij Anno a Christo nato Millesimo quingentesimo quinqua:
gesimo quinto Ego Stanislaus Borek manu propria hanc ultimam
voluntatem scripsi petens magistratum civitatis Cracovien ut ipsi robur et
firmitatem horum omnium suprascriptorum auctoritate et robur adiuvant
Reservo autem michi quo ad vivo facultatem mutandi retractandi et
limitandi omnia suprascripta Et si quis eorum per se aut parentes
suos huic voluntati mee contravenerit et impedierit quominus hec mea
voluntas et dispositio habeat progressum suum eo tunc volo eum esse exsortem
mee beneficencie Ita est ego qui supra Stanislaus Borek manu propria
deliberato animo scripsi et subscripsi

darował Zmurkowski 1855 r. d. 19 lipca.

Testamentum Rdi ac Excellentissimi Viri
Domini Doctoris Stanislai Borek Canonici
& decani Ecclesie Cathedralis Cracou. &c.
De cuius repositione, Require in actis Consularibus
Cracou. Sabato an festum S. Marie Magdalene
Anno 1555.

Bursa Długosza r. 17...?

A. ... Culina Collegii
B. ... Bursa Juristarum Academiae
C. ... Lapidea Mecinsciana nunc Collegii
D. ... Lapidea Dobsciana nunc Collegii
E. ... Lapidea Musicorum Collegii sive Templi
F. ... Lapidea Koricinsiana nunc Collegii
G. ... Paries et camini Collegii
H. ... Caminus Bursae
J. ... Cubicula antiqui Collegii
K. ... Officina Bursae Academicae
L. ... Cloaca Bursae ejusdem
M. ... Fumarium ejusdem
N. ... Cella penaria ejusdem
O. ... Stabula Collegii
P. ... Porta Areae Collegii
Q. ... Curritorium cum Cubiculis
R. ... Atrium Refectorii
S. ... Refectorium
T. ... Culina Collegii
U. ... Cubicula ejusdem
W. ... Murus cingens hortum Monialium S. Francisci
X. ... Hortus earundem
Y. ... Templum earundem
Z. ... Locus Templi PP. Societatis

Quod est rubeo colore expressum pertinet ad Patres Soc: Jesu ad S. Petrum
Quod vero flaveo ad Bursam Juristarum Pauperum.



8

Bursy Jurisperitt Rysunki

9

1570. 24. maii.

Actum in Judicio Oportune Bannito feria quarta vigilia Corporis Christi Anno 1570.

Coram eodem Judicio constitutus personaliter, Spectabilis & Famatus Valentinus Kroker, Civis et Consul Crac., et Honesta Anna coniunx ipsius legittima, sani mente, et corpore, non compulsi, neq3 coacti, Immò ex bona sua, et suorũ amicorũ deliberatione, ille per se, haec vero per se et per eundem maritũ suũ, tutorẽ legittimum, etiam à dote et dotalicio, quod a p̃fato marito suo, assignatũ, vel inscriptũ vbiuis locorũ habet, et à quouis alio iure, et proprietate, quã in Domo Lapidea infrascripta habet, quoad hunc actum receden., recognouerũt, Se manu coniuncta, & indiuise, vendidisse, in vim tamen reemptionis alias na Widerkoff. me[illegible] super Domo sua Lapidea Aciali, quam inhabitant in Circulo Cracovien. inter Plateã Publicam dictã Swieczka ex vna, et domũ Lapideã Famati Sebastiani Cygler Civis Crac. partiu ex altera sitam ab omnibus oneribus cuiuiscũ obligatis Scripto aut quouis pacto libera, Rndis et Egregijs viris Sigismundo à Stezicza Juris Prudentiæ, et Cathedralis Crac., Nicolao Bodzecin., Joanni Leopolien. Martino Pilznen. Theologiæ Doctoribus, et ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani, in Clepar3 Canonicis Executoribus, Testamenti Rndi olim Juris Prudentiæ Doctoris Martini Crokiera Crac. Ecclesiarũ Cathedraliũ, Wratbislawien., Luczorien., et collegiatæ Glogowien. Canonici, et post præfatorũ Executorũ ab vniuersitate Crac. cessum, vel decessum, eiusdem vniuersitatis Rectori, Doctoribus, & Magistris, Omniũ facultatũ, nunc, et olim pro tempore existen.

Censum annui Quinquaginta Sex florenorum, per mediam Sexagenam in Moneta Polonicali computat. Accedente ad hoc praesentando Consensu Consulari Crac. ex omnibus et singulis quibusuis emolumentis, censibus, redditibus, prouentibus, praesentibus, et futuris, nullis penitus exceptis, ex praefata domo lapidea nunc prouenientibus et in futurum prouenturis, pro summa Mille quadringentorum florenorum Similiter per mediam sexagenam in moneta Polonicali comput. actu et realiter, tunc accepta et numerata coram Judicio. Quam praefatam Summam Mille quadringentorum florenorum, cum censu annuo reemptionali in praenominata Domo, cum ipsius omnibus comodis emolumentis, censibus, redditibus, prouentibus, praesentibus et futuris, nullis penitus exceptis, assecurant et inscribunt, reformant & obligant. et eosdem in vim tamen redemptionis, alias na Widerkoff resignant, accedente ad hoc Consensu Sacrae Mtis Regiae, bino inferius describen. obligantes se et Suos omnes cuiuscunque Juris, et nominis, in Domo praedicta Lapidea Successores et haeredes praefatum Censum quinquaginta Sex florenorum, in manus Procuratoris redditum Vniuersitatis Crac. pro tempore existen. pro vsibus Collegii Minoris, & Bursae Jurisperitorum dispensandum. Soluere ad duas Rathas, singulis annis, vzt, pro festo Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae, viginti octo florenos, et pro festo Sacratissimo Natiuitatis Domini, etiam viginti Octo florenos Incipiendo eiusmodi Solutionem pro festo S. Joannis Baptistae, in anno praesenti Millesimo, Quingentesimo. Septuagesimo. proximo et immediate futuro, et continuando praedictam Census Solutionem pro Sacratissimo festo Natiuitatis Domini, in anno praesenti praefato, venturo, et sic consequenter, per annos singulos, et ratam vtramque quoad durauerit, haec obligatio summae et Census reemptionalis in praefata Domo Lapidea, Si vero vel ipsimet praefati coniuges Valentinus Krokier,

23

& Anna, vel ipsoru successores, quicunqz illi fuerint, talem solutionem census non fecerint, et facere non curauerint, pro ratis iam superius specificatis, tunc sine eoru quauis adcitatione, praefatus Vniversitatis Crac. redditun Procurator, praenominatam domu Lapideam cu suis omnibus comodis, atqz emolumentis, redditibus, prouentibus, censibus, intromissione, euacuatione, euacuationis exequtione, per Aduocatu et Scabinos Juris Maydeburgen Crac. simul et semel consignandis, possidere, tenere, et omnem vsumfructum, eiusdem per se, vel per aliu percipere, sine aliqua sumae capitalis, et census detractione, aut diminutione debebit, tanqm omni iure, eiusmodi domu, obtinuisset, iuridiciqz gradus omnes, desuper, obtenti, et perducti legittime fuissent, idqz tantisper, donec illa suma capitalis integra, cum censu retento, damnis et impensis, ad intromissione, euacuationem, euacuationis, executionem facta, per dictos coniuges, vel eoru quosuis successores totaliter, et in effectu fuerint persoluta. Obligant etiam se praefati coniuges Valentinus Crokier per se, et Anna per se, et eundem Valentinum maritu, et tutore suum legitimu, atqz suos quosuis successores in omnibus bonis immobilibus, et mobilibus vbicuqz locoru, et sub quauis iurisditione consisten, nullis penitus exceptis, et exclusis habitis, et habendis. Quod praefatos exequutores et in defectu ipsorum, totam vniuersitatem Crac. atqz ipsius. Redditum Procuratorem pro tempore futurum, ab omnibus exactionibus, contributionibus, Regalibus, et similibz, veteribus, & nouiter, ex quauis Republica, Regni, aut huius ciuitatis causa, per S. Sacram Regiam Mtem, vel Comitioru Regni, aut per Senatus Consultum Crac. impositis, expeditione quoqz bellica, et in vniuersum, ab omnibus impedimentis, & oneribus, quo ad p̄fatam Mille quadringentoru florenoru sumam, et censum reemptionalem Quinquaginta sex florenoru pro ipsa emptum semper, et vbiqz, tueri, eximere,

eliberare, et seipsos interponere, atque onera eiusmodi in seipsos recipere, Alioquin si id facere neglexerint, vel noluerint, ex tunc prout ex nunc, summam Mille quadringentorum florenorum praefatam nunc acceptam restituere, et Censum tempori correspondentem soluere tenebuntur. Sub paena ad negligentiam Solutionis census. pro aliqua ratta superius expressa. Demumque Idem praefati coniuges maritus per se, et uxor ipsius per se, et maritum suum, tutorem legitimum, in bonis suis praefatis mobilibus et immobilibus, et suos in ijsdem bonis omnes quosuis haeredes et Successores, obligaverunt. quod adversus praesentem inscriptionem, et obligationem, nullis unquam utentur, nec posteri, et Successores quicunque ipsorum uti poterunt, motionibus, appellationibus, exceptionibus, aut quibusuis iuris, vel facti cautelis, libertatibus, Regijs Mandatis, ad quietationes extra Acta praesentia acceptionibus, Litteris Remoratorijs, Salvoconductus, Relaxatorijs, ferreis chalibeis, impetratis, vel impetrandis, et nullis omnino remedijs aut evasionibus, praesidijs, iuridicis aut [illegible] iuridicis, humana industria excogitatis, vel excogitabilibus. Immo si quid contra praesentem inscriptionem, et obligationem, in aliquibus ipsius punctis, et conditionibus, per eos ipsos praefatos coniuges, aut posteros, et Successores quoscunque ipsorum tam in propria, quam in Subordinata persona, quomodolibet quidpiam attentatum actumque fuerit, id totum irritum fore, et inane esse volunt. ex nunc prout et ex tunc, Non secus ac si mediante Decreto S. Mtis Regiae, et ultimae instantiae iudicum pro inani et irrito cognitum et decretum esset Casibus saltem fortuitis sed notabilibus (quos Deus avertat,) exceptis. Tunc enim arbitratores ex utraque parte electi, quod aequum et iustum fuerit decernent. Quando autem ipsi praefati coniuges vel ipsorum quicunque in eadem Domo Lapidea, Successores, redimere hunc censum ita ut praemissum est, venditum, voluerint. Tunc Sex mensibus ante Praeducto

Universitatis Crac. Rectori pro tempore existenti, et eiusdem Universitatis redditum Procuratori, et Minoris collegii Praeposito id denunciare debebunt, et in termino iuxta denunciationem adveniente Summam Capitalem totam simul, una cum censu tunc proveniente, reponere tenebuntur, Qui Rector, cum Procuratore et Praeposito Minoris collegii pro tempore existen. per se vel per suos Mandatarios, accepta suma totali cum censu tunc proveniente, apud Acta eadem praefatam domum lapideam et possessores ipsius, quietare, exonerare, obligationem cassare, et liberam perpetuo facere tenebuntur, et erunt adstricti. Consensus vero Regis utriusque ad eam summam pertinentis tenor sequitur, et est talis.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogetiae etc. Dns et hrs.

Significamus praesentibus literis nris Universis quorum interest. Quod cum expositum nobis esset, nomine Famati Valentini Gokiey Civis et Consulis Cracovien. Cum censum annuum pro Suma Mille flo: renorum, numeri, et moneta Polonicalis in Domo seu lapidea Sciali, quam inhabitat, in Circulo Crac. inter Plateam Publicam dictam Swiętzka ex una, et Famati Sebastiani Giglier Civis Cracovien. partium ex altera sitam. Rectori Doctoribus, et Magistris Academiae Cracovien. inscribere velle, pro emendo censu ad commune usum studiosorum Bursae Juristarum. Supplicatumque est nobis per quosdam consiliarios nros, ut ei ad eam rem honestam, et Reipublicae litterariae, utilem consensum nostrum praebere dignaremur, Nos igitur supplicationi huiusmodi annuentes, in emptionem et inscriptionem huiusmodi census pro summa praefata consentiendum duximus. consentimusque praesentibus Literis nostris. in vim tamen reemptionis, alias na widerkoff eximentes censum hunc ab omni iurisditione quorumcumque iudicum, et officialium Regni nostri Saecularium.

Sed eum Jurisditioni et immunitati Ecclesiasticæ ascriben, et incor:
poran, ita sit, vt cum aliqua controuersia de eo censu orta fuerit.
inter præfatas partes, et earum partium Successores de eo per Judi:
cem spiritualem cognoscatur, et in defectu Jurisditionis, et authorita:
tis Ecclesiasticæ, ad brachium Seculare, vtriusque officij Castren Scilicet
et Ciuilis Crac recurri, et subsidium peti poterit, Hoc tamen præmiso.
vt in his bonis in quibus census hic, emptus fuerit, nihil ex oneribus
nostris, et Ciuilibus minuatur. In cuius rei fidem, ac testimonium.
Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Lublini in conuentione
Regni generali die Vndecima, Mensis Marcij. Anno Domini.
Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, Nono. Regni vero nostri Qua:
dragesimo.

Franciscus Crasinski
R. Vice Cancellarius ss.

Relatio Rndi Francisci Crasin:
ski Præpositi Ploscen. Regni
Poloniæ Vicecancellarij.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ etc. Dominus et hæres.
Significamus præsentibus literis nostris, Vniuersis et singulis quibus interest,
quod cum Expositum nobis esset, nomine Famati Valentini Wokier.
Ciuis et Consulis Crac, eum censum annuum, pro summa Quadringen:
torum florenorum. numeri et monetæ Polonicalis in Domo sua lapidea
Acialis quam inhabitat in circulo Crac inter plateam publicam dictam
Swieczkia externa, et Famati Sebastiani Gigier Ciuis Crac partim
ex altera Sitam. Rectori, Doctoribus, et Magistris Academiæ Crac
inscribere velle, pro emendo censu, Magistris, minoris collegij ad mensam
commun. Supplicatumque est nobis per quosdam Consiliarios nostros, vt eiad
eam rem honestam et Reipublicæ Litterariæ vtilem consensum nostrum præb

dignaremur, Nos vero supplicationi huiusmodi annuentes, in emptionem, et inscriptionem huiusmodi Census pro summa prefata consentiendum duximus, consentimusque presentibus litteris, in vim tamen reemptionis ats na widerkauf. eximentes Censum hunc ab omni Jurisditione quarumcumque iudicum et officialium Regni nostri Saecularium, Sed eum Jurisditioni et immunitati Ecclesie ascribentes. et incorporantes, Ita sit ut cum aliqua controversia orta fuerit. de eo consensu, inter quoscumque tam presentes prefatas personas, quam earum successores de eo per Judicem spiritualem cognoscatur, et in defectu Jurisditionis, et autoritatis Ecclesiasticae ad brachium seculare utriusque officii Castrensis scilicet et Ciuilis recurri, et subsidium peti poterit. Hoc tamen proviso ut in bis bonis, in quibus Census hic emptus fuerit, nihil ex oneribus nostris et Ciuilibus minuatur. In cuius rei fidem ac testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lublini in Comventione [Regni] Generali die Undecima Mensis Marcii Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Nono. Regni nostri Quadragesimo.

Franciscus Krassinsky
R. P. Vicecancellarius sst.

Rndi Francisci Crassinsky
Praepositi Ploc. Regni Poloniae
Vicecancellarii

Quam quidem obligationem et inscriptionem suo, et nomine coexecutorum Rndi et Venerabiles S. Theologiae Doctores Nicolaus Dobrzin, Martinus Pilsnen. Eccl. S. Floriani in clieparz Canonici, personaliter ad Judicium Cracovien. ad hunc Actum missi, venientes. nomine Rectoris Universitatis et Bursae Jurisperitorum Nobiles Magr Josephus Vrzendorium. Redditum Universitatis Crac. Procurator nomine aut comunitatis Minoris Collegii. Venerabiles Magistri.

Martinus Burzen Praepositus, Stanislaus Radoschicius, Albertus Gadomsky Consiliary eiusdem collegy susceperunt.

Ex Actis Iudiciariis Cracovien.

Inscriptio Floren. Mille quadringentor. sup. Lapidea Krokier nunc D. Kortisi, pro Collegio Iurisper. Bursa et pro contubernio et Collegio Novi Artistar.

Contubernio Iurisperitor. servit

... Ryrku

15

[illegible]

[illegible]


[illegible] Kerzyn flor.

quinquaginta sex, uno

nunc Io Mci Borzanorego.


Summa fl 1400 census fl 56

W rynku
Kamienica narozna przy Szewskiey
Vlicy.



27

Obligatio census reem-
ptionalis in lapidea
krokierowska



10

Jacobejus Curelodiensis. 1579.

In nomine dni amen Anno ab ipsius natiuitate millesimo quingentesimo septuagesimo nono Inditione septima Die uero Undecima men Maij Pontus S. in Christo pris et dni nri dni Gregorij diuina quidem pp decimitertij anno eius septimo In mei Notarij publici testiumque infrascriptorum ad hac specialiter uocatorum et Rogatorum presentia personaliter Constitutus Excellentissimus Dominus Stanislaus Jacobeius Curelouien Collegij maioris Academiae Cracouien Collega plus prindi pro se ipso citra tamen quorumcunque suorum procurorum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem Omnibus melioribus modo uia Jure ca et forma quibus melius et efficatius de Jure potuit et debuit in Uniuerso Regno Poloniae fecit constituit Creauit et solemniter ordinauit suos ueros certos legitimos et Indubitatos procuratores actores factores et negotiorum suorum Infrascriptorum gestores ac nuntios speciales et generales Ita tamen quod specialitas generaliti non deroget nec e contra Vz Rndum Dnum Paulum a Lodzia Collegam Collegij maioris Canonicum S. Annae et Ven Andream Sueikowski Plebanum Rudawiensem et uenerabilem Joannem Gorecky in Brzezie Plebanum absentes tanquam presentes et eorum quemlibet insolidum ita tamen quod non sit melior Conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis Sed quod unus eorum inceperit alter ipsorum id prosequi mediare terminare ualeat et finire ac ad effectum perducere specialiter et expresse ad ipsius Dni Constituentis nomine et pro eo quecunque quodcunque et qualiacunque Beneficium seu Beneficia ecclesiasticum seu ecclesiastica Cum Cura uel sine Cura et si Cantus et preben dignitates personales administratio uel officium fuerit eodem dno Constituenti aplica uel ordinaria aut quauis alia auctte et Iuris patronatus a quibuscunque personis Collatoribus seu Collatricibus cuiuscunque status dignitatis ordinis Condition uel preeminentiae extiterint collatum uel Collata aut conferendum uel conferenda quarumcunque literarum aplicarum siue gratiarum expectatiuarum seu nominationum uel primariarum precum a quocunque emanatarum Ipsi dno Constituenti concesserunt hactenus et in posterum Concedendarum etiam processuum desuper decretorum et fulminatorum uigore eidem Constituen Constituen debitum et debita ac sub Eorum gratijs comprehensum uel comprehensa cum protestationibus solitis et consuetis acceptan et Recipien sibique illud uel illa dicto nomine conferri et assignari ac de eis etiam prouideri respectiue. nec non se et ad illud uel Illa presentari et Inuestiri faciendum petendum et obtinendum. Literasque et instrumenta et alia documenta publica processus desuper necc.

Impetran et fulminari petend literasque ipsas et processus executoribus et
subexecutoribus Judicibus et Commissariis quibuscumque Inibi deputatis et
eorum cuilibet presentandum intimandum Insinuandum et notificandum
Ipsasque et eorum quemlibet ac alios quoscumque interesse putan sub penis senten
et cen eccis in lris et processibus huiusmodi contentis ut eisdem literis et processibus
pareant et obediant realiter et cum effectu Sibique possessionem dictorum
Beneficiorum tradent et assignent semel et pluries petendum requirendum et
monendum ac requiri et moneri faciendum. Ac se noie quo supra in Canonicum
quarumcumque ecclesiarum recipi et in fratrem stallumque sibi in choro et
locum in Capitulo earundem ecclesiarum assignari ac in possessionem seu quasi
realem actualem et Corporalem quorumcumque beneficiorum ~~quorumcumque~~ collatorum
seu Conferendorum Iuriumque et pertinentiarum omnium eorundem poni recipi et
induci ac inductum defendi petendum faciendum et obtinendum Ipsamque possessionem
capiendum apprehendendum intrandum manutenendum defendendum et Conti-
nuandum Nec non de observandis statutis et consuetudinibus dictarum
ecclesiarum in qua seu quibus Beneficium seu Beneficia etiam Canonicatus et preben huiusmodi
forsan fuerint ac aliud quodcumque licitum et honestum Iuramentum prestari solitum in
animam ipsius dni Constituentis prestandum et subeundum. Dictaque beneficia et Canonicatus
et preben collata et conferenda in spiritualibus et temporalibus regendum et gubernan
dum et illis in divinis laudabiliter deserviendum et deserviri ac Regi et gubernari
faciendum et procurandum fructus quoque redditus et proventus Iura obventiones
et emolumenta quecumque beneficiorum quorumcumque predictorum per quoscumque sibi
debitas et debita ac debendas petendum moven exigen recuperan sublevan recipien
ac locan dislocandum arrendan et ad firmam seu annuam pensionem perpetuo
vel ad tempus pro precio et nomine pretii persone seu personis de quibus
eisdem procuratoribus suis vel eorum alteri ac eorum substitutis vel substituendis
videbitur dandum et Concedendum Deque habitis receptis et levatis cum
pacto solemni de rem Receptam ulterius non petendo quittandum absol
ven et liberandum ac quictantias Instrumenta et alia documenta
publica desuper dandum et concedendum. Nec non omnia et singula negotia
causas lites questiones controversias et differentias tam beneficiales
quam Criminales Civiles profanas pecuniarias Iniuriarum et mixtas
honorem statum bonaque ipsius domini Constituentis concernentes contra

contra ipsum dominum Constituentem per quascunq personas tam Ecc. quam seculares ex quacunq causa seu occas[ione] motas seu in posterum mouendas et quas etiam ipse Dominus Constituens contra quascunq personas mouere uult et intendit eiusdem dnj Constituentis nomine et pro eo prosequen deducendum et agendum et defendendum. Et si necesse fuerit pro premissis oibus et singulis et eo[rum] occasione in quocunq foro coram quibuscunq Dnis Judicibus Ecclesiasticis et secularibus quacunq auctoritate fungentibus et functuris Comparen et agen Ipsumq dominum Constituentem et eius Jura in omnibus et per oia defenden Libellum seu libellos et quascunq petitiones summarias uel simplices uerbo uel in scriptis dandum offerendum et Recipiendum dariq offerri et Recipi uidendum litem seu lites Contestandum et contestari uidendum. Calumnie et quodcunq alterius generis licitum et honestum Juramentum in animam ipsius dominj Constituentis et ipsius nomine prestan ponendum et articulandum poniq et articulari peten et uidendum Nec non ad oes et singulos actus et terminos Judiciales tam substantiales quam accidentales liti necessarios in quacunq Curia tam Ecclesiastica quam seculari proceden et procedi uiden ac eos tener et obseruan Sententiam et Snias tam Interlocutorias quam diffinitiuas ferri petendum et audiendum ac ab ea uel eis et a quocunq alio grauamine illato uel Inferendo prouocandum et appellandum Apostolosq semel uel pluries debita cum Instantia peten et obtinen atq appellationem et appellationes hmoi intimandum Insinuandum et Notificandum. Ipsasq ac nullitatis causas prosequen et pertractan Damna expen et Interesse taxari petendum et faciendum ac super ipsis si necesse fuerit Jurandum. Unum quoq uel plures procuratorem seu procuratores loco suj et cuiuslibet ipso[rum] cum simili aut limitata potestate substituendum eumq uel eos reuocandum et onus procurationis hmoi in se reassumendum totiens quotiens opus fuerit et ipsis seu eo[rum] alteri uidebitur expedire presenti procuratorio nihilominus in suo Robore duraturo. Et generaliter omnia alia et singula faciendum dicendum gerendum exercendum et procurandum que in premissis et Circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Et que ipsemet Dnus constituens [illegible] facere posset si premissis

omnibus et singulis presens et personaliter Interesset etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale quam presentibus est expressum Promittens idem Dominus Constituens mihi notario publico Infrascripto tanquam publice et autentice persone solemniter stipulan et recipien vice et nomine omnium et singulorum quorum Interest Interesset aut Interesse poterit quomodolibet in futurum se ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id et quicquid per dictos procuratores suos constitutos et substituendos ab eis seu eorum altero actum dictum gestum factum vel procuratum fuerit in premissis seu aliquo premissorum Relevans nihilus ex nunc et relevare volens eosdem procuratores et quemlibet eorum ab omni onere satisdandi ac Judicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus et singulis Clausulis necessariis et opportunis sub Hypoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et Immobilium presentium et futurorum ac qualibet alia Juris et facti renuntiatione ad hec necessaria pariter et Cautela Super quibus omnibus et singulis premissis idem Dominus Stanislaus Jacobeius Constituens sibi a me notario publico Infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit atque Confici Instrumentum et Instrumenta Acta fuerunt hec ~~Rome in palatio Ill.mi et R.mi dni Cardinalis~~ extra portas Urbis Rome in Diocesi Sabinensi, Anno, die, Indictione, Pontificatu quibus supra; Praesentibus ibidem Reverendo ac Gnoso Dnis, Stanislao Hosio de Rubro Can.co Varmien, et Jacobo Pissarzowski laico Craccovien, testibus ad premissa specialiter vocatis atque rogatis.




Et quia ego Thomas Treterus Pbr Posnamen S. Sedis Aplica Notarius Publicus ac Ill.mi et R.mi dni Stanislai Hosii S.R.E. Card.lis Varmien familiaris, praefata Procuratorum Constitutioni praesens interfui, supradictaque omnia dum sic agerentur vidi; ideo praesens publicum Instrumentum manu aliena scriptum fideliter, manu mea propria subscripsi et publicavi, rogatus et requisitus.

Nos Stanislaus Hosius Miseratione Diuina S. R. Ec-
clesiae tittuli S. Mariae Tr[illegible]berim p̄sbyter Cardinalis
Maior Paenitentiarius et [illegible]s Varmiensis etc. Fidem
facimus et attestamur Thomam Treterum qui praesens
Instrumentum confecit, Notarium esse publicum, cuius Instru-
mentis tam in iudicijs quam extra fides adhiberi debet.
In quorum fidem p̄sentes manus nrā subscriptione, sigilloq̄
solito communiuimus. Datū die, mense, et ut supra.

Stan. Car. Var. m. p.





11

1583.

31

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus dux Lituaniae Russiae
Prussiae Masoviae Samogitiaeque Princeps Transsylvaniae etc.
Vobis Famatis Proconsuli et Consulibus Civitatis nostrae Crac:
coviensi, de eisque officiis bonisque vestris omnibus, quo [illegible] [illegible]
titulo, in regno nostro habitis et possessis Mandamus ut coram
nobis et Iudicio nostro, feria secunda post festum Sancti Bartholomei
nunc instans proxima, in arce nostra Cracoviensi. vel si interea causa
inderisa, vel quovismodo procrastinata fuerit, ubicunque
cum Curia nostra constituti fuerimus, personaliter et peremptorie
compareatis. Ad instantiam Venerandi Rectoris et totius
universitatis Studii Cracoviensis. Citamini iure et ad inscriptio:
nem antecessorum vestrorum propriam, [illegible] quia vos censum
annuum, viginti Marcarum. per venerabilem olim Matthiam Mie:
r. 1583. chovitha apud vos sexingentis aureis Ungaricalibus em:
ptum, per antecessores vestros venditum. et in pensa Civili
una cum domo pellionum, assecuratum, et reformatum,
pro medicoque ordinario, per eundem Matthiam Miechovitha
fundatum, Solvere non tantum negligitis, sed etiam temere
recusatis, quemadmodumque eundem censum vivente adhuc Egregio
olim Felici Cieprcio Medico ordinario, cui is census ex prae:
scripto Privilegii et obligationis vestrae praefatae debebatur, pro
annis quinque citra vel ultra, moderno vero eius Successori,
Excellentissimo Matthiae Ierzio, itidem Medico Academiae
ordinario, per annos septem retinuistis, neque toties moniti
solvere voluistis. Facientes praemissa in grave damnum,
praeiudicium, et detrimentum universitatis praefatae, quod
sibi contra vos, aestimat census quidem retentos, ad ducentas
quadraginta marcas, damna vero ex facto vestra negligentia
et procrastinatione, usque ad processum iudicii [illegible]

darowat [illegible] Jan Wrzecki 1852 r. 7 lutego

vobis necessario intentatur ad Mille Marcas poena cors.
Comparatis itaque ad videndum et audiendum commissa dicta vobis
in termino talibus deduci, summam praedictam sexcen:
tenorum aureorum ungaricalium per nos ex conscripto ob:
ligationis vestrae reponi debere, decerni, et in locum tutio:
rem, unde promptiorem censum solutionem universitas
habere poterit, transferri, et de iis omnibus eidem uni:
versitati auctoritate nostra Regia provideri. Certificantes autem
sive in termino comparueritis sive non nos ea quae iuris et
aequitas dictaverint esse decernemus, nihil obstante vestra
contumacia. Datum Craccoviae feria tertia post festum
Assumptionis Beatae Mariae Virginis proxima Anno
Domini Millesimo, quingentesimo octogesimo Tertio.

Vid: Szczerbius

12 1529 32

BERNARDUS

Maciejowski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Cracovien. Dux Severi-
Densis &c. Ad Officium Pastorale, Divina disponente Clementia evecti, Id ea potissi-
mum mentis nostræ convertimus intuitum, atq Authoritatis ordinariæ robur appo-
nere nitimur, per quam Ecclesiam Dei Nostro subjectam Regimini in suis amplifi-
cantur redditibus, hinc cumulucto ad illas Clericorum per subsidia temporalia, nu-
mere, Laus quoq Divina sua in eis consuevit suscipere incrementa. Proinde Univer-
sis et Singulis, quorum interest, aut in futurum quomodolibet interesse potest notum
facimus: Quomodo Gnosa D. Beata Constantia de Mirow Gnosi olim D. Petri Bu-
żenski Brzeznicen. et Dopczycen. Capitanei Vidua derelicta in Villa Grybozow
Hæres: Zelo Devotionis atq Cultus Divini augendi in Ecclesia Parochiali, Ejusdem Vil-
læ Grybozow permota, non modo Bona certa sua Hæreditaria, eidem Ecclesiæ Grybo-
szovien. ejusq Rectori pro tempore existenti de novo donavit et inscripsit, verum etiam
ea quæ ad ipsa ex antiquo ptinebant, ut pote Decimas ex Bonis suis provenientes p-
cavere volens, ne Successu temporis in earum usu Rector illius turbaretur, Inscriptio-
ne eadem ipsi reformavit et assecuravit. Cujus qdem Inscriptionis quæ tam donatio
nova quam antiqua reformatio continetur ex Actis Capitanealibq Castren. Civita-
tis Novæ Corczyn Authenticæ transumptæ, et coram Nobis exhibitæ tenor e talis:
Ad Officium Actaq. præsen. Castren. Novæ Cittis Corczyn veniens ptr. Rndg Albertg
Capricius Decanus Opatovecen. Rector et Plebanus Gryboszovien, obtulit eiden
Officio præsen. Castren. Novæ Civitatis Corczyn Inscriptionem infra scriptam ex Act.
Castrensibq Capitanealibus Cracovien. emanatis Sigillo Castren. Crac. obsignatt
sanam salvam illæsam, omniq vitio ac suspicionis nota, prorsus, carenden. Quod
inhærendo constitutioni publicæ in Convocatione Crac. Coronation. Sacræ Mttis Regiæ Domini
nunc feliciter regnan. sancitt. Quando qdem Bona infra specificata donata in juris-
dictione Capitaneatus præsen. Novæ Cittis Corczyn consistunt, petijt ab eodem officio p-
senti suscipi, juxta pscriptam constitution. super recensitæ, eandem Actis præsen. Officii Ca-
stren. ubi Bona infra nominata donata ut præmissum est consistunt, inseri et actuari
admitti, Cujus petitioni uti Justæ Officium præsens annuens dictam inscriptionem susce-
pit, et Actis hisce Castrensibus inseri et actuari admisit, mandavitq in tenore Verbo-
tenus qui habetur talis: Comparens ptr. coram Officio Actisq præsen. Castrensibus Capitt.
Cracovien. Generosa Beata Constantia de Mirow Bużenska, Gnosi olim Petri
Bużenski Capitt. Brzeznicen., Dopczycen. relicta Vidua in Villa Grybozow Hæres
sana mente et corpore existens, a Terris districtibq juribus jurisdictionibus q suis
quibusvis propriis et competen. recedens, Huic vero Jurisdictioni præsenti Castren. Crac.
secum Successoribq Bonisq suis omnibus, totaliter, quo ad Actum præsen. attinet incorporan,
palam, publicè libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa Zelo pietatis et devo-
tionis instincta; Cupiens Cultum Divinum in Ecclesia Parochiali, Tituli Assumptionis
Gloriosissimæ B. Virginis Mariæ in Villa sua Hæreditaria Grybozow, dictt, Sitt promovere, proventusq
ipsius Ecclesiæ augere, et locupletare eidem Ecclesiæ ipsiusq Rectori nunc existen.
et in posterum ipsius Rectoribus pro tempore existen. rite ac legitime ab Ecclesia Ro-
mana Catholica ordinatis et constitutis pro uberiori ipsorum sustentatione, Decimas
manipulares omnis Grani et seminis ex Agris Prædij in præfata Grybozow sitt, nec
censum per gross. 15 Polon. ab Hortulanis ex Villis duabus, una Wola Gryboszowska
et præfata Grybozow; altera ratione Decimæ manipularis, omnibus et singulis annu-
atim pro Festo S. Martini Pontificis et Confessoris sibi reqsiti, pendi et solvi solitt.
Præterea duos Cmethones, in eadem Grybozow videlicet Petrum Borzynek, et

Stephanum Jagielka vocatos, possessionatos cum hortis et agris eis antiquitus
pertinen, duos item Hortulanos in eadem Villa Grzboszow existen videlicet Valenti-
num Swiecz et Thomam Wesiszko cum Hortis et Agris eis antiquitus pertinen, unà cum li-
sitam necessitatem Vt eo meliori modo eum errorem ex mentibus hominum euellamus idq tum tuendi iuris nri causa, tum periculi animarum auertendi, Quod si cui molestum aut minus gratum accidet, jis imputare debebit, qui nos in hanc necessitatem coniecerunt, Nos enim Vt ius proprium negligamus tot hominum salutem, nō possumus contemnere. Neq merito Pars aduersa publicationem Decreti Rotalis eiusq intimationem in suam vertit iniuriam; cum in Confesso sit, ad nullius iniuriam pertinere ea Vulgari, publicari, quæ palam ac publicè transacta publicoq iudicio sunt sancita præsertim cum Literæ Aplicæ Executoriales in casu contrauentionis omnes ligent: ac proinde sine damno ignorari non potuerint, Quandoquidem æquum erat, Vt quod omnes tangeret, ad omnium notitiam deduceretur: et tamen quamuis nulla lex nobis eam in parte certos Cancellos præscriberet, ea moderatione in his executorialibus Vulgandis Vsi sumus, Vt eas soli parti duntaxat per authenticam personam, et cum solemnitatibus de iure requisitis traderemus: cæteris quibus forte communicatæ sunt non nisi priuatim citra omnem iuris solemnitatem, idq iustis et Vrgentibus de causis sunt intimatæ, Nam quod certis quibusdam Religiosorum monasterys communicatæ sunt, id necessario factum; Vtj per sententiam Sedis Aplicæ intelligerent se solutos ab interdicto seu inhibitione quod illis per summam iniuriam a DD. Academicis impositum fuit ne Scholas nrās disputandi conferendi et sua præsentia honestandi Vllo modo adirent, Vtq jidem scirent quid sibi respondendum de iure Conscientiæ statuerent, si quis in Casu contrauentionis ad eorum Consilium Confugisset. Quod eædem liæ Executoriales Magistratibus oblatæ sunt, idquoq recte atq ordine a nobis factum. Vt magistratus auxilio aduersus Contrauentores tuti essemus, præsertim cum ab aduersarys non obscure minæ iactaret, et de facto post editum iam Romæ Decretum die 20 Maij sub tempus solennis disputationis, cui multæ Illres tam Ecclastici quam secularis status personæ interfuerunt, densa lapidatione ad disturbandum Scholasticum Cœtum Collegium nrm sit impetitum. Deniq reprotestatione hac nrā expedita in forma solemni protestamur quod in prædicta Adm Rndi ac Magci Dni Rectoris totiusq Vniuersitatis Crac. Protestone, multa contineant, criminosa, Calumniosa, falso temere in nos coniecta, loco et tpē; suis Commodioribus parti aduersæ deducenda, et specificanda, Saluo iure addendi minuendi et Corrigendi esse de quibus prout Juris et Styli protestamur omni mō

Pro Frols Nalco de Steila rei
contra Assolutioni Vincenzplato

24 1630. 2 16 aprilis 51

In nomine Domini Amen.

Hoc est exemplum transumptum sive Copia Cedulae appellationis interpositae ab infrascriptis Procuratoribus Mag.ci D. Rectoris ac Universitatis Gnalis Studij Civitatis Cracovien. coram R.P.D. Francisco Maria Ghisilerio Sac: Rotae Auditore et in Causa Cracovien. Iuris Legendi inter eosdem ex una et R.R. P.P. Societatis Iesu d. Civitatis partibus ex altera coram eo verten. in tertia Instantia Iudice Commissario una cum responsione habita ab eodem R.P.D. Auditore per me Sac: Rotae Notarium et huius modi causae notarium publicum infrascriptum ex suo proprio originali existenti in filo Sententiarum mei officij fideliter extractum et copiatum sub Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Inditione Decima Tertia die vero Decimo sexto mensis Aprilis Pontificatus autem S.mi in Xpto P. et D. N. D. Urbani divina providentia Papae Octavi Anno septimo cuius tenor est ut sequitur V3. Cracovien. Iuris Legendi Pro Mag.co Dnis Rectore ac Universitati Generalis Studij Civitatis Cracovien. contra R.R. P.P. Iesuitas et Collegium Societatis Iesu d. Civitatis Comparuerunt personaliter coram R.P. D. Francisco Maria Ghisilerio Sac: Rotae Auditore in domo suae solitae Habitationis et Residentiae Admod. R. D. Iacobus Ustriensis I.V.D. Sac: Theologiae Doctor Publicus q. Professor in Academia Cracovien. Canonicusq. S.ti Floriani nec non Ill.mus et Exc.mus D. I.V.D. D. Paulus Merlinus Mag.ci D. Rectoris ac Universitatis Gnalis Studij Civitatis Cracovien. insimul et insolidum legitimi procuratores qui facto dederunt et exhibuerunt Cedulam Appellationis infrascripti tenoris V3. A qua d. Cracovien. sententia ut dicitur in Rota lata per R.P.D. Ghisilerio in causa



et causis coram eo versis inter Mag. D. Rectorem ac Univer
sitatem Studij generalis Civitatis Cracoviensis ex una et R.R.
P.P. Jesuitas Societatis Jesu d. Civitatis partibus ex altera
in Certia seu alia veriori instantia de et super quod
fuerit d. Universitati ex immemorabili tempore ac ex vi
Regum Poloniae et Summorum Pontificum privile
giis competenti legendi ac publice docendi privative qua
ad omnes alios ac facultati prohibendi ne alij in dicta
Civitate doceant cuius cumque generis sint, nec non
cuiusdam apperitionis Studij seu Collegij a d. P.P. Socie
tatis in dicta Civitate attentati ac tandem de et super
remissionis prius de partium consensu atque iam expedita
et postea penitus denegata ac expensarum condemna
tione et taxatione, rebusque alijs in actis causae et cau
sarum huiusmodi latius deductis Dictis et eorum nomi
nibus sentiens se per eam gravem enormiter laesam et gr
avatam praecipue quia Principalibus suis fuit per dictam
Sententiam sublata facultas probandi et proprium dis
quod est de iure naturae, timensque in futurum magis laedi
gravari posset inhaerendo in praemissis et ante omnia iure
per Mag. Rectorem et Universitatem in actis produc
tis protestationibus per ordines Nobilium Regni Polo
niae et his salvis ad S.mum D. N. Urbanum Octavum eiusque
Sanctam Sedem Apostolicam in his scriptis provocat et ap
pellat petitque instanter instantius et instantissime
primo semel et saepissime sibi dari Apostolos responsivos non
solum modo praemisso sed omnique Salvo etc. Protestans
omnique etc. Tunc Reverendissimus Dominus Franciscus Ma

Ghislerius Rotae Auditor et huiusmodi causae Iudex Commissarius dictis Dominis Procuratoribus ut supra praesentibus et petentibus dedit Refutatorias in forma.

Actum Romae in Palatio Habitationis supradicti D. Iudicis et Camerae Suae solitae Residentiae in qua quidem Iuras reddi solent et causas partium audiri consueverunt sub Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo sexcentesimo trigesimo Indictione decima tertia die vero decima sexta Aprilis Pontificatus autem S.mi in Xpto P. et D.N.D. Urbani divina provid.a Papae 8. Anno septimo. Praesentibus eisdem Providis Viris dominico Fontia et Francisco Panichello Causarum Sacri Palatij Apostolici notarijs atque coram eodem R.p.d. Auditore Iudice atque Commissario praefato Scribis publicis testibus ad omnia et singula supra vocatis habitis.

Et quia Ego Joannes Paulus Caesarinus Anconitanus causarum Sacri Palatij Apostolici notarius publicus de praemissis rogatus fui praesens Instrumentum transumpti appellationes et responsiones respective subscripsi et publicavi requisitus etc.

Nos Fran.cus Maria Ghislerius J.U.D. S.mi D.N. Papae Cappellanus ac ipsius Sacri Palatij ap.ci Caus. Audit. Universis fidem facimus et attestamur D. Jo. Paulum Caesarinum de quo supra fuisse et esse Not.m publicum fidelem et legalem eiusque scripturis et instrumentis publicis plenam semper fidem habitam fuisse et esse ex edibus nostris ... quibus supra.

Archangelus Baronus Sac. Palatij Ap.ci Notarius

Rog. ... de m.to ...

Copia Sollicitatoris Romae facta

1630. d. 16 Aprilis. 53

25 In nomine Domini Amen.

Hoc est Exemplum transumptum seu copia Cedulae Appellationis interpositae ab infrascriptis Procuratoribus Mag.ci D. Rectoris ac Universitatis Studij gnlis Civitatis Cracovien. coram R.P.D. Francisco Maria Ghislerio Sac. Rotae Auditore et in causa Continuationis Juris legendi inter eos ex una et RR. PP. Societatis Jesu dictae Civitatis partibus ex altera coram eo vertente in tertia instantia Judice Commissario una cum responsione facta ab eodem R.P.D. Auditore, per me Sac. Rotae Romanae et processus dictae causae notarium publicum infrascriptum ex suo proprio originali existenti in filo sententiarum mei offitij Scholar. extractum et copiatum sub Anno Dni Millesimo sexcentesimo trigesimo Inditione Decima tertia die vero Decima sexta Mensis Aprilis Pontificatus autem S.mi in Xpto P. et D.N.D. Urbani divina Providentia Papae octavi Anno Septimo cuius tenor est ut sequitur Vz. Cracovien. Juris Legendi Pro Mag.co Dno Rectore ac Universitati gnlis Studij Civitatis Cracovien. contra RR. PP. Jesuitas et Collegium Societatis Jesu d.ae Civitatis comparuerunt personaliter coram R.P.D. Francisco Maria Ghislerio Sac. Rotae Auditore in domo suae solitae Habitationis et Residentiae Admodum R.D. Jacobus Vitiensis U.J.D. Sac. Theologiae Doctor, Publicusque Professor in Academia Cracovien. et Canonicus S.ti Floriani necnon Ill.is et Excell.s D. U.J.D. D. Paulus [illegible] Mag.ci D. Rectoris ac Universitatis Generalis Studij Civitatis Cracovien. [illegible] et in solidum Legitimi Procuratores, qui [illegible] dederunt et exhibuerunt Cedulam Appellationis infrascriptam tenoris Vz. A quadam Sententia seu ut dicitur in Rota lata per R.p.d. Ghislerium in causa et causis coram eo vertentibus inter Mag.cos Dos Rectorem ac Universitatem Studij gnlis Civitatis



Cracoviae ex una et R.R. P.P. Jesuitas Societatis Jesu dictae Civitatis partibus ex altera in tertia seu alia veriori Instantia de et super quodam iure d[ic]tae Universitati ex immemorabili tempore ac ex Ser[enissi]morum Regum Poloniae et Summorum Pontificum privilegiis competenti legendi ac publice docendi privative quoad omnes alios ac facultate prohibendi ne alij in d[ic]ta Civitate doceant cuiuscumque generis scientias necnon occasione cuiusdam apperitionis Studij seu Collegij à dictis Patribus Societatis in d[ic]ta Civitate attentati ac tandem de et super Remissoria prius de partium consensu atque cum expedita et postea iniuste denegata ac expensarum condemnatione et taxatione rebusque alijs in actis causae et causarum huiusmodi latius deductis Pro et ... minibus ... suam enormiter lesam et gravatam praesertim quia ... fuit per dictam Sententiam sublata facultas probandi et ... ... de ... ... timensque in futurum magis ledi et gravari posse Inherendo ... et ... omnia ... per ... Rectorem et Universitatem in actis productis et protestationibus per Ordines Nobiles Regni Poloniae et his salvis ad S[anctissi]mum D. N. P. Urbanum Octavum eiusque Sanctam Sedem Apostolicam ... ... appellat ... Instanter Instantius et Instantissime saepe saepius et saepissime sibi dari Apostolos ... ... Franciscus Maria ... ... Commissarius ... Procuratoribus ... ... dedit refutatorias in forma ... Romae in Palatio Habitationis ... ...

in quo quidem jura reddi solent et causas partium
audiri consueverunt sub Anno à Nativitate Dni Mille
simo Sexcentesimo Trigesimo Inditione Decima Tertia
die vero Decima Sexta Aprilis Pontificatus autem
S.mi in Xpto Pris et D. N. D. Urbani divina Providentia
Papae octavi Anno Septimo Praesentibus ibidem Provi
dis Viris Dominico Fontea et Francisco Laricchello Causarum
Sac. Palatij Apostolici notarijs atque coram eodem R. P. D.
Auditore Iudice atque Commissario praefato ibidem publice
sedentibus ad omnia et singula supradicta vocatis habitis atque
proprie rogatis

Et quia Ego Joannes Paulus Caesarinus Anconita
nus Causarum Sacri Palatij Apostolici notarius pu
blicus de praemissis rogatus hoc praesens Instrumen
tum Transumpti Appellationis et responsionis
respective subscripsi et publicavi in fidem req.

Nos Fran.cus Maria Ghislerius S.mi D. Nostri D.ni Papae Capella
nus et ipsius Sacri Palatij ap.ci Cau. Aud.r Universis
fidem facimus et attestamur supradictum D. Jo. Paulum Caesarinum
de praemissis rogatum fuisse et esse ... et ordinariam
fuisse et esse pub.cum Sacri Palatij ap.ci Cau. notarium fidelem
et legalem cuiusque scripturis pub.cis semper adhibitam fuit
et adhibetur ... plenam et indubitatam fidem
In quorum ... ex aedibus nris sub anno dni 1630.
die vero sexta decima mensis Aprilis Pontificatus
S.mi D. N. Urbani Papae 8.i anno 7.o

Archangelus Baronus Sac. Rotae notarius
de m(anda)to

Sanc.mo

Alterii Ecc.ae Romanae

Rebellantis contra Sent. Gestorii

1630 2 Julii

26

55

Illrme ac Rndme Dne

Dne ac Patrone Amplissime: (Andr. Lipski ep. Cuj.)

Quanta fuerit, atque etiam nunc est, Vniuersitatis nrae laetitia, ac Votorum ad Deum, pro eo beneficio, nuncupatio, quod ad Illrmam Celsitem Vram, amplissimus Episcopatus, summis virtutibus ac meritis Illrmae Celsitis Vrae debitus, sit delatus, in proxime datis ad Illrmam Cels. Vram literis perscripsimus: hoc ipsum etiam in his, et libenter commemoramus, et cum gaudio confitemur, nullum nobis in hoc rerum nostrarum afflicto statu, potuisse diuinitus maius praesidium conferri, quam cum nobis, ea prudentia, eo aequitatis studio, et tanta rerum agendarum dexteritate, Cancellarius, et priuilegiorum conseruator, obtigit, qui non solum integra conseruare, sed collapsa in integrum restituere possit. Hoc profecto, Illrme Dne, cum Sapientissimi Episcopi, tum optimi ciuis est, illud ab omni iniuria velle vindicare, quod et vere patrium, et Ciuium regimini subiectum, illorumque dignitati et saluti in instituenda iuuentute deseruit. Quod quidem Illrmae Celsitis Vrae singulari in patriam amori, et immortali laudi ad posteritatem propagandae reseruatum. Quid Romae, quid item his diebus in hac causa sit à nobis actum, certa scripta Illrmae Celsiti Vrae mittimus, quae nostrum studium, et fidem in tuendo iure, Regni huius Scholae, testari possunt. Quod verò vnicum nobis restat, illud Deum obnixe precari non desistimus, vt quàmprimum, Illrmam Celsitem Vram, et optime valentem salutare, et rem nostram, praesentia et patrocinio, Illrmae Celsitis Vrae constabilire possimus. Quam quidem et Eccliae, et Reipub. et nostris studijs, quàm diutissime, et quàm felicissime, perennare exoptamus. Datum ex Vniuersitate Academiae Cracovien. 2. Julij. A. D. 1630.

Illrmae et Rndmae Cels. Vrae

Deuotissimi

Rector et Professores

Vniuersitatis Crac.

1630. 27

Non credimus RR. PP. Jesuitas adeo offendi debuisse Appel-
latione nrâ ac offensos videmus praeterquam eo nescio quod[quod] Ius
Naturale et Communis pietas eiusmodi miserabilium subsidijs
semper faueat. Ipsum profecto Nomen Sedis Aplicae eiusq. Praesid.
ad quae appellauimus, efficere potuit apud illos, ut minus male
de nra defensione sentirent. Interea vero cu iudicare posse
ad eos nō pertinere, utru rite appellatum sit circumspectis
causae circumstantijs, cogitare poterat neq. nouu ee' sacrae Rotae
sententiā retractari, neq. sane ita adamantinam ee' ut vel ex
tertius interueniens, Nullitas, restitutio, querela vel aliquid
horum ~~[struck]~~ emouere illam suis radicibus nō valeat, cum
potissimum his tribuat Ius, qui nullu ius sibi quaerere, re-
tinere nisi ad arbitrium alienum possunt. Nonnemo
ex infinitis reperiatur ad quē publico Naturali vel quaesito
iure cura Iuuentutis pertineat, qui de Nouo causam mouere
et in aduersum bonis rationibus deducere ~~non~~ valeat. Debe-
rent itaq. veteri Academiae fauorem pronunciare, qui ius agendi
coram illo summo reru arbitro alicui minus interessato au-
ferre nō posset, et meminerint tam exiguu ee' quod magno
labore et impendio euicerunt quā multum quod vincendum
restat.

Quomodo vero, in apertissimu aiarum nocumentu cedere
valeat defensio nrâ, et quod error sit euellendus periculu
auertendum, nec salus contemnenda ut sciat omnes de
sententia Rotali, quae oes ligat, prorsus non intelligimus nisi
in magnis tenebris et errore consilia versari sane rem.
Nobis enim primu incumberet periculu peccati et censurarum, si
nō obedierimus; nō obedierimus vero si turbauerimus
vexauerimus impediuerimusq. in docendo PPes quod cu prohib.
a nobis antea fuerit et nunc sit. Minimum ē censurarum cau-
sam et metum, in quos iis de Plebe a capite nro per Patres
deriuari et illos plecti qui extra causam, extra aleam sunt
nisi noua peccandi et censurar. materies a Dnibus Jesuitis
illis suggeratur. Pro quo periculo nihil sit quicquid diuina
et humana iura sanciunt et inuiolatum volunt dum Sanctissi-
mus de iure docendi Cracou. obtinetur. Quid aut si nos; si

Jesuitae hoc labor suppon. ea iuramentis solicitant

Canni

Cum dein ~~[illegible]~~ Eiusmodi Sacr. Rotae Executorial. quoquomodo obtinere[nt]
Videret gloria ad nos spectaret periculum et metus Censurarum
ad Pagos, Oppida, agricolas, foeminas Marchanios totum denique
Regnum! Stringrem hoc Crudum nimium inauditum, nec ex mente
Illa Rndmorum Judicum qui Iuris Oeconomiam prudentissime te-
nent sed ex alio quodi Capite profectum. Testamur nos Adv[er]-
ri nolle studys [illegible], Salua ~~[illegible]~~ appellatione Con Patres Non im-
ti spectabimus a longe vel oes gras & venres sapien-
ti illud [illegible] descendere dum id volentes faciant
et non inuiti funibus et retibus trahantur. Securi sunt
nostri securi laborum, securi pauperiei; (quod in hac securi-
ipsi) nihil moramur fautores extraneos tanto minus; ut
quis turbonem, vim, Causa nostri Patribus Jesuitis faciat
eaq de Causa periculum Censurarum adeat. Nostri itaque
[illegible]tionis et cogitatu indignum est totum Regnum perturbari, qui
nihil minus cogitamus quam eiusmodi adminicula [illegible]
et hoc profecto quod Pres Jesuitae nolunt No est sed fama
dictories quoque versum diffluente, nam existimom nimi[um]
et Juuentutis destrahi arbitrantur. Quare Nos mirum denique
excellos [illegible] Scrupulorum, dum in Monrys experti s[unt]
docent, quod Religiosis respondentes est de Jure Conscientiae
prestito sigs ad eorum Consilia refugierit in Casu Conventioni[s]
Subiect quod perperam vellent seri Patres, quod tamen nec fa[cere]
possent nec deberent. Quae Senta aliorum Magistratuum Con[...]
fuit quibus solenniter ad id vocatis ingenti Pompa per [...]
Rndos exhibita Executorial. ita accepta sunt ut in ta[...]
re neq ordine Juris, neq debitam reverentiam a Jesuit[is]
seruari omnes animadverterent & Magnum Tribunal aut [...]
privato Conatui famulari et posthaberi, prudentiores m[...]
gnarentur. Quare Maiorem in modum, rogamus Patres
relicta atque reiecta Senta Sacr. Rotae intra terminos Juris et
officy se Contineant donec ad exactiorem calculum redu[...]
Causa videtur Summa Sedes ~~[illegible]~~ expediens. Et duas ho[...]
ex adverso crant magis haberi quam unam. ~~[illegible]~~
Salvo iure addendi minuendi et protestandi.

1631. 15 Junii.

Ill^{me} et R^{me} D^{ne}. 58

Autoritatem Ill^{mor} Sanctæ Sedis Ap^{licæ} Nunciorum ita semper venerata est Vniuersitas nostra, vt non solum eorum voluntati obsequeretur et beneuolentiam retineret. Quod equidem in hoc negotio de quo ad me scribit perlibenter me facturum fuisse Illma Cel^{do} V^{ra} sibi certo persuadeat, si ista inquisitio fuisset eo nomine instituta, an non potius quadam animaduersio, ne quid ab aliquo ex studiosis fieret, quod iure possit reprehendi. Vt enim quisq; delinquit aliquid Cracoviæ, ita obtentu Academiæ tametsi nunquam iuris et conditionis nostræ sit, vult illud sibi fore impune. Ne igitur quicquid delinquit coeus plectatur tibicen libuit inquirere, an non esset aliquis ex studiosis ad quem etiam ea culpa pertineret. Accedit et illud quod hæc causa sit criminalis, non aliter quam capite luenda, quod si à me aliquid istiusmodi sit profectum, quod cuiusquam sanguine expiandum esset, quæ formido mihi à Censuris et fulminatione in tales Ecclesiastica impenderet. Nouit iste Neophitus duos qui sunt Iurisd^{onis} Castren ibidemq; ab illis testimonia super isto negotio deposita, inde recte ab eodem iniuriato peti possunt, Illma Cel^{do} V. quam Deus in Regno nostro Legum Eccl^{iacarum} tuendarum praeposuit in bonam partem accipiet, si non sit à me aliquid istiusmodi, quod Eccl^{iacis} poenis acriter sit vindicandum. Interim officia mea atq; Vniuersam Academiam nostram, quæ pridem est in Protectione S. Sedis Ap^{licæ} quam diligen^{me} commendo. Crac^e ex Vniuersitate 15 Iunij A.D. 1631.

Illma et R^{ma} Cel^{do} V^{ra}

deuotissimus

Rector Acad.

m. Grzi...

1630. 28 59

Illustrissime et Rev^dissime Excell^me
D^ne et Patrone Amplissime.

Magnus illisque frequentibus cognovimus indicys quam praeclarâ in nos Academiamque nostram Illustriss^a V. Cels. esset voluntate quippe quem neque fortuna neque suprema in Ecclia Dei et Reipub. dignitas, a nobis unquam alienasset. Eam ob causam Illustrissae Celsit^i V. tanquam primo in Reipub. Principi significandum duximus quo vis Academiae, et qua hactenus in praesidio Illustriss. utriusque status ordinum conquievissent, sit deducta. Cum â Regno universo concessorum nobis Privilegiorum defensionem postularemus, tum â Sacra Romana Curia contra novas Societatis Crac. scholas praesidium imploravimus. In ~~—~~ Comitys Universalibus in Sacris Sinodis, permagna semper nobis ostensa spes, fortunae nostrae oppressae, alienae incuriae vindicandae. Verum aliter, quam aequitas nostrae causae pollicebatur in Rota. res cecidit, tot Saeculis collectam existimationem. Regum et Pontificum Sanctissimorumque praeclarissimâ semper in nos beneficientiam, una adversa nobis dies afflixit. Praesidium, [illegible] provocationis ad Dom^ni Signaturam denegatum sit idem Judex, â quo provocatum est, idem sibi supremam decernendi contra nos usurpavit potestatem. Appellavit nihilominus Procurator noster ab eo gravamine ad Dom^m Ep. X. Nobis tanta adversitate circumventis, reliquum est nihil, quam ut appellationi isti, quae est perfugium oppressorum, insistentes Nobilissimo huic Regno atque omnibus toti planum faciamus nihil â nobis unquam desideratum fuisse, quod ad conservandum hunc Reipub. thesaurum pertinerent. Quare et pietati et aequitati Illustriss. Celsit. V. res opus sit ut si forte adversa pars Expeditionem nobis iniuriosam ab Illustriss. Celsit. V. flagitaverit non prius arbitratu cuiusquam rem tam controversam, et cuius exitum universa Respublica suspensis animis expectat ~~transferri~~ ~~tangi~~ ~~[illegible]~~ velit, antiquam constet de voluntate eorum, quorum beneficientia Academia esset fundata, et hactenus ~~[illegible]~~ sustentata. Magna nos spes tenet Illustrissae Celsit. V. prudentia, ita rem moderandam ut dum alys omnia secundo sine ulla offensione flatu ~~[illegible]~~ feruntur, ne alys tantopere iam vexatis, et caeteris ~~ex his~~ interpretat fluctibus, ~~nullus~~ portus et perfugium in Patrocinio Illustriss. Celsit. V. ~~relinquatur~~ praecludatur. Nos vero per. Illma Cels. diuturna incolumitati Deum opt. ut semper facimus, parati exorare.

Sacra Regia Maiestas
Dne Dne Clementissime.

Sacram Regiam Maiestatem Vram, tanquam non dubia Diuinitatis imagine insignitam, cum multis nominibus nos Academici deuotissimi subditi Veneramur, tum quod nobis aliqua calamitate oppressis semper in ea certissimum refugium, ac praesidium paratum fuerit. Quo nomine cum Diuinae gratiae, tum Mtis Vrae in nos effusae clementiae acceptum referimus libere confitentes, quod si quando aduersitate afflicti vt in humanis euenit, Mtis Vrae opem imploraturi accessimus, nunquam nisi consolati ac hilares, et ad bene sperandum erecti dimissi sumus. Hac eadem spe ~~Mtis Vrae~~ inuitati, si noua accepta afflictione ad Mtis Vrae Patrocinium confugimus, nihil nos insolitum facere arbitramur. Hucusque à nobis laboratum est in Judicio Rotae, magno cum dispendio tenuium facultatum nostrarum pro defensione Priuilegiorum Concessorum à Mte Vra et SS. praedecessoribus in iure docendi Vindicando contra PP. Soc. Jesu, post multas contentiones sollicite ac studiose à nobis factas, pro immunitate illorum conseruanda, tandem succubuimus; sed ita vt pro causae in integrum restitutione Procurator noster incorruptum Tribunal Sanctissimi appellauerit, in quo remedio iuris, etiam nos, cum aliter non liceat persistimus, ne in suspicionem fidei violatae veniamus, quod Mtis Vrae hec totius Regni Scholam nobis concreditam amiserimus. Omnes igitur nos afflicti Academici Mtis Vrae pedibus aduoluti, humiliter et obnixe supplicamus, vt nos tanquam communis omnium Ordinum Regni parens, et consilio subleuare, et contra aduersae partis impetus Mtis suae Autoritate protegere velit. Parati pro eo beneficio cum fidelitatis nostrae semper illibatam integritatem, erga Mtem Vram conseruare, tum ad Sacros Cineres B. Patris N. Cantij pro M. Vrae incolumitate et Regni huius integritate ac felici successu Deum exorare.

Ex Almae Vniuersitatis Academiae Cracouiensis 4 dec.

Sacrae Regiae M. V.

deuoti et fideles

subditi

1630,

AB A

Murlis

B. Mi

dem pr

etiam

per ali

plissima

turnetal

petati

Stri ssim

sorum a

tim a

regioni

pal in

1630. 61

Adamus Opatowius S. T. Doctor et Professor Academiae Crac. Studii generalis Rector, Una cum Professoribus eiusdem Studii Omnibus Praesentes Visuris. Salutem et omnem a Deo benedictionem.

Muneris et officii nri esse duximus abeuntes a nobis ad exteros Illustri Domo Iuvenes D. Michaelem, et D. Franciscum Zebrzydowios. Praeclaro pro meritis et virtutibus eorum: dem prosequi testimonio. Qui ad Familiam in Regno ~~[illegible]~~ Poloniae illustrem et vetustam. etiam literarum dignitatem et lucem in Domum suam ut inferrent hoc in Academia nostra per aliquot annos sedulo et gnaviter studiis bonis incumbentes egerunt. Quo circa ne Am: plissimas in utroque virtutes, et ad Reipub. praesidium exemplis domesticis succrescentes taci: turnitate praeteriremus: eos eo studio et fide et qua Illustri familiae devincti sumus pietate commendamus ut maiore possimus et debeamus nomine. Quod vero et Patri Illu strissimo, et Regno universo in votis est secundam fortunam et omnem prosperitatem in hac eorum a Domo et Patria absentia comprecamur, ut Deus Opt. Max. S. Angelum itineris Comi tem ad securitatem eorum adiungat et ~~[illegible]~~ postliminio exploratis ~~p~~ exterorum feliciter regionibus patriae suae Domui nobilissimae et Academiae florentissimos et incolumes sistat. Dat in Univers. Academiae Crac. die 9. Septembr. A. 1630.

M. Adamus Opatowius S. T. D. et Professor ad S. Annae Decanus. Generalis Studij Crac. Rector. Universis et Singulis praesentes literas visuris Salutem a Dño.

Testimonium suae apud nos in Academia Conversationis Cum requirerent ab offo. nro. Ingenuus Andreas
Gladyszewic. accitis eam ad rem, Cum D. Seniore Contubernij Pauperum, ubi anno mansit, personis idoneis et Professoribus.
Comperimus eum honeste et integre per hoc tempus in Studio fuisse versatum nihilque eiusmodi Commisisse
Cuius nomine merito accusaretur. Itaque testatum facimus eum ~~honeste~~ fama et nomine bono integro
ab Academia nostra discessisse. neque iudicio aliquo aut accusatione infami notatum. sed ita Cum omnibus
in Studio, vixisse, prout officium honesti adolescentis et Studiosi Conditio requirebat. Quare indubitanterque
eum fore Semper talem qui recte factis suis et morum honestate omnium favorem et gratiam prome-
reatur. Datum Crac. in Collegio Maiori in loco nrae Residentiae 10 Octob. A. 1630.

+ 1631 24 Aprilis.

Per. Illris et Admodum Rndi Dni

Dni Colmi observandi

Nierzychło wprawdzye, atoly wżdy yest trwał, żaco
Pan Bog nyeraczy bedzye chował, pobożnemu zamysło:
wy WMci dosyc sye stayie. W Imye Panskye, y Błogo:
sławyenstwem yego swyetem, według żadania y ordinatiei
WMci wysyłam Professorow; yednego Pana Mystrza a dwa Panow
Baccalarzow. Pana Boga prosząc aby on sam był tego collegium
plantator, y yemu błogosławył. Maią WMci ludzye y pobożne
y w swoych Professiach excellentes, y pracowyte, y ktorzy we
wszystkyem WMci powolnemy będą. A o łasce WMci przyiacyelsko
nyem wątpiam, że WMci yako dobrodzyeya y własnego oyca
uznawac będą. Iesly wolya WMci yest. aby każdy z nich
principium swoyey lectiey uczynył, gotowy są, yakosz tak by mi sye
zdało, yednak yako yusz rzeczy, tak y to woly y sporządzenyu
WMci w całey zostawuye sye. Oddaiąc y one y mnye samego
yako naypylnyey do Myłosćywey łasky WMci Wielkyego
mego Pana y dobrodzyeya. Z wyelkyego collegium A 1631. die 24.
Aprilis

Per. Illris et Ad. R. D. V.

addictiss.

X. Opatowius Rector Uni-
versit. Cracoviens.

X. Adam Opatovius
Rector Univ. Cracov



Per Illmo et Admodum Rndo Dno D. Chri-
stophoro Wylsluy Canonico Luceoriensi Offia-
li Generali Podlasiae Praeposito Bialensi etc etc
Dno Fratri Observando

65

Privilegium Ferdinandi
Imperatoris reddere
dignetur M. Dnus Sta-
satkowic (quem
[illegible]enisse saluto) Gros-
Dno Stanislao vel Mi-
chaeli jelli Padzi-
w Trzebinicach Za-
skala albo Za Pisa-
rami.
Extractum hg Privi-
legii oddac J. M. P.
Gherardinemu
quem itidem offi-
ciose saluto.

1632

Baronatus à Ferdinando 2, Romanorum Imperatore, Honorabilium Laurentii de Raphaelis Delpace, eorumq Nepotis Francisci Nobilium Florentinorum, de 16 Septembris Anno Dni 1632.

Actum in Curia Regia Varsaviens. Feria 2da ante Festum S. Margarethæ V. & M. pxi A D 1712.

30 Ad Offm et acta præsentia Castrensia Capitanealia Varsaviensia personaliter veniens. Rdus et Adm Rdus Ambrosius Delpace Eremita Camaldulensis Prior Insulæ Wygrensis eidem Offo præsentem literas Baronatus in Personas Laurentii Raphaelis et Francisci Delpace Fratrum et eorum de Lumbis descendentium utriusq Sexus Successorum, per Stum Ferdinandum Secundum Romanorum Imperatorem datas, manu ipsius Subscriptas & Sigillo pensili communitas ad ingrossandum in acta præsentia obtulit de tenore tali. Ferdinandus Secundus Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ & Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Cariathiæ, Carniolæ & Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ ac Superioris et inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Tecshæ, Princeps Sueviæ Comes Habsburgi Tirolis Ferretis Kiburgi et Goritiæ Landtgraffius Alsatiæ. Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ ac Superioris et inferioris Lusatiæ Dominus Marchiæ Slavonicæ Portus Naonis et Salinarum. &c. &c. Honorabilibus Nostris et Sacri Imperii fidelibus dilectis Laurentio et Raphaeli Delpace eorumq ex fratre Nepoti Francisco Nobilibus Florentinis gratiam Nostram Cæsaream et Omne bonum. Quemadmodum Splendidissimum Solis iubar Universum Terrarum Orbem Lumine Suo illustrat ac recreat, vigoremq et incrementum in hæc inferiora corpora transmittit; ita Romanorum Imperator à præpotente Deo in Supremo dignitatum fastigio colloc:

catus, cuius Maiestas inter reliquos mortales honorum et dignitatum
quasi lumine plena resplendet benignitatis Suae radios longe lateq.
diffundere solet, praecipue vero in eos qui praeclaram et Nobilem Gen-
tis originem egregiis in Rempublicam & Principes Suos promeritis Virtutumq. or-
namentis illustrarant: idque non tantum eam ob causam quod illi dignos a
Imperiali Culmine honores se adeptos gaudeant; Sed etiam ut posteri e-
rum atq alij eiusmodi exemplis et praemiis allecti & inflammati ad pul-
cherrima Virtutis & gloriae certamina mentem applicent. Unde Nos
Supremi Numinis providentia in excelso Imperialis Solij fastigio collocati, p-
claris praedecessorum Nostrorum institutis, tum in hoc, tum in aliis quoq.
insistere cupimus, ut quorum Nobis Fides et erga Nos, Sacrumq. Romanum
Imperium, et Augustam Nram Austriae Domum observantia et Meritum
honorifico testimonio praedicetur Benignitatis Clementiaeq. Nrae fructum
uberius sentiant. Edocti itaq. Vos Laurenti Raphael & Fran-
Narratio Familiae — cisce Delpace in Repca Florentina antiquissimam a Majoribus Ve-
stris Primariis Dignitatibus et honoribus in eadem Patria condecoratis d-
duxisse originem a Patribus nempe Vris Luca et Iulio, tuo vero Fran-
cisce Francisco dicti Iulii Filio, ab Avo vero Vro Laurentio, a
connubiorum — Proavo Ludovico Nobilium itidem Foeminarum matrimonialibus legitimis
nexibus progenitos: Semperq in illa Patria Primarios Cives Senatores et
Dignitarios extitisse. Ac nunc etiam Serenissimo Ferdinando Ma-
Fidelitatis — gno Duci Hetruriae Nepoti Nostro Charissimo omnem fidelitatem prae-
stare, & diversis obsequiorum muneribus eidem complacuisse: de Nobis
etiam bene meritos existere, cum Frater Vester Petrus Delpace
per complures annos contra Christianae Fidei hostes Turcas
Dechi militaris robo — Nobis in Hungaria militasset, et valore Militari ad Tribuni Li-
Colonelli Officium evectus ad Lipsiam pro Religione Catholica
ris ac denique — tra Succos fortissime pugnans, una cum Legione sua gloriose ob-
occubitus. — buisset. Idcirco dignum Vos iudicavimus, quos insigni aliquo p-
stali Liberalitatis et Munificentiae nostrae Caesareae Symbolo, quod Vo-

totique Vestrae

totique Vestræ posteritati legitimæ perpetuo honori et emolumento sit, condecorandos suscepimus. Ex certa itaq; scientia, animo bene deliberato, sano et maturo accedente consilio, et de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, Vos Laurentium Raphaelem et Franciscum Delpace, vestrosq; Liberos Hæredes posteros et descendentes Vestros legitimè natos et æterna serie nascituros, masculos & fœminas, in numerum, cœtum, et consortium, statum, gradum, ordinem, atq; Dignitatem Nostrorum et Sacri Imperii, aliorumq; Regnorum ac Dominiorum nostrorum Hæreditariorum, Liberorum Baronum admittimus assumimus et cooptamus ac ad quosvis honores Prærogativas Dignitates gradus et Officia Iura et Libertates tam spirituales quam temporales Ecclesiasticas et prophanas quibus atq; Nostri et Sacri Imperii Regnorumq; ac Ditionum Nostrarum Hæreditariarum Barones utuntur fruuntur potiuntur et gaudent quovismodolibet. Consuetudine vel de iure, habiles et idoneos esse declaramus, aptosq; et idoneos ad ineundas et recipiendas omnes gratias Libertates exemptiones feuda Privilegia Vacationes a muneribus et oneribus quibuscunq; realibus personalibus sive mixtis reddimus. Insuper Vobis Laurentio Raphaeli Francisco Delpace omnibusq; Vestris Liberis Hæredibus posteris ac descendentibus Masculis legitimis ac naturalibus Decreti Nostri Cæsarei Gratiis Vigore facultatem concedimus et indulgentiis tam in Sacro Imperio quam in Regnis Ditionibus Nostris Hæreditariis Arces, Castra, Fortalitia, Oppida, Possessiones & Villas quovis Iuris titulo in hæreditatem acquirendi, ab iisque legitime acquisitis denominationes Vestras accipiendi, arces construendi et muniendi, dirutas reædificandi, iisdemq; secundum arbitrium vestrum nomina imponendi, easdemq; titulis Vestris adiungendi omni impedimento et contradictione cessante. Mandamus itaq; Universis et singulis Electoribus aliisq; Principibus Ecclesiasticis & Secularibus Archiepiscopis Episcopis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Militibus Nobilibus clienti-

bus Capitaneis Vicedominis Advocatis Praefectis Procuratoribus Officialibus Quaestoribus Civium Magistris Iudicibus Consulibus Regum Heroaldis Caduceatoribus, ac omnibus denique Nostris et Sacri Imperii Subditis ac fidelibus dilectis, cuiuscunque status gradus Ordinis Conditionis Dignitatis aut Praeeminentiae extiterint, ut Vos supradictos Laurentium Raphaelem et Franciscum Delpace Vestrosque Liberos Haeredes Posteros ac Descendentes Vestros legitime natos atque nascituros in infinitum, utriusque sexus omnibus Praerogativis Gratiis Libertatibus et Iuribus praesenti Nostro diplomate et Decreto Caesareo clementer Vobis concessis, eo quo in supenioribus habeatur Modo pacifice quiete et sine impedimento ullo frui, potiri, et gaudere sinant, idque ipsum ab alio etiam sedulo fieri curent. Si quis autem praesens edictum Nostrum ausu aliquo temerario transgredi et violare conatus fuerit, is praeter gravissimam nostram et Sacri Imperii Indignationem / Centum Marcarum auri puri Mulctam fisco seu Aerario Nostro et Parti laesae ex aequo solvendam se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum. Harum Testimonio Literarum Manu Nostra subscriptarum et Sigilli Nostri Caesarei appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Vienna die 16 Septemb. A. D. 1632. Regnorum Nostrorum Romani 14. Hungarici 15. Bohemici vero 16. No. Ferdinandus Locus Sigilli Pensilis S. Caesareae Maiestatis. ad Mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis Joannes Walderode manu propria.

Post quarum quidem Literarum Nobilitationis seu Baronatus superius praeinsertarum in acta praesentia ingrossationem eadem Offerenti Originale quia Officio praesentis quietatione est extraditum. Correxit Krzezopolski manu propria

Franciscus Loski Vexillifer Terrae ... Iudex et Capitaneus Castrensis Varsaviensis.

Sigillum
C. C. V.

Pargameneum Privilegium ad manus ... Stanislai Delpace in mea Tendea reddidi hac die 1ma Septembris 1712.

Extractum eiusdem ad Manus Nobilis Domini Gherhardini reddidit N. Sobkalaski hac die 2 Septemb. 1712.

1712 die 12 Septembris Excopiatum Cracoviae

31 1632 16 Octobris 68

R^de in X^o P^r.

Pax Xri.

Cum negotium Collegij Cracouiensis, ob alieniorem ab eo Ser^mi Regis Sueciæ animum, in extremum deductum discrimen videatur, non possum non magnopere laudare factum R^Væ, quod ad illud Warsauiæ cum apud Ser^mum Regem, tum apud Proceres tractandum P. Fredericum Schembek eò miserit. Cum enim unus ille statum totius huius negotij perspectum habeat, ut potè qui idem illud iam a pluribus annis tractarit, illudq summopere semper cordi habuerit, atq apud multos Proceres auctoritate, et gratia valeat, nescio an opportuniorem illi curatorem ex tota Prouincia eligere potuisset. Sed quoniam metuo, ne quantumcunq ille studiosè, et industriè negotium sibi commendatum curauerit, non facilè Ser^mo Regi persuasurus sit, ut Academiæ patrocinium omittat, in qua propugnanda se etiam iura regni tueri existimare dicitur, non possum quin R^Væ consilium meum, quod etiam P. Frederico Schembek, uti et P. Prouinciali Lituaniæ (qui etiamnum causam Collegij Cracouiensis, tanquam comunem Societatis valde cordi habet) indicaui, aperiam, ut de eodem cum dictis Eisce Patribus, suisq Consultoribus agere possit. Summa consilij mei hæc est: Cum periculum, quod hoc tempore scholis Collegij Cracouien. impendet, omne nascatur a Ser^mo Rege Sueciæ, in primis omnem operam adhibendam censeo, ut, si quo modo fieri poterit, a Sua M^te impetretur, ut patrocinium Academiæ contra Coll^m

P^li Poloniæ

Cracouiense a Ser^mo Rege parente suo fundatum omittat, et permittere velit, ut Patres partis, ipso se sero neutra interponentes, de iure suo apud Pontificem certent. Hoc si uti multos timere ~~videre~~ video, ab illo obtineri nullo modo poterit, existimo primo quoque tempore aut a R.V.^a aut a P. Frederico Schembek, aut alio Patre, quem ad id magis idoneum indicabit, nomine R.V.^ae et Prouinciae suae Regem adeundum, eidemque significandum, licet ius Collegij Soc^tis toties a Romanae Rotae Auditoribus comprobatum sit, tamen si Sua M^tas iudicet, e re publica, bonoque Academiae Cracouiensis non esse, ut Societas ibi iure suo uti pergat, malle eam sponte sua a docenda iuuentute in dicta Academia desistere, quam repugnante, aut inuitâ eâdem suâ M^tate diutius in eo munere progredi. Hoc enim si modeste, religioseque Suae M^ti propositum fuerit, fortasse eâ submissione ita mouebitur, ut non solum ~~ [illegible] ~~ ab interpellando Pontifice destitura sit, verumetiam causam Societatis suae prudentiae permissam benignius, et ~~[illegible]~~ clementius consideratura, seque fortasse ut intercessorem ad controuersiam omnem ex aequo et bono componendam inter partes interpositura. Et uti hoc ab eo impetratum non fuerit, illud tamen assequemur, quod, si tantum sponte nostra, ut Regiae M^ti obsequamur, nullaque Sedis Apostolicae auctoritate interueniente, a docendo abstinuerimus, facilius postea, siquando fauentiorem Regem

~~et~~ proceres nacti fuerimus, intermissam iuris docendi
possessionem simus recuperaturi. Atq hoc precipuum
est, quod difficillimo hoc tempori RV^tae^ suggerendum
~~censui~~ habui. Ad quod si alijs remedijs deficientibus re-
currendum fuerit, RV^a^, priusquam eò descendat, de toto
negotio cum suis Consultoribus deliberet, ijsq auditis statuat
quod e maiori Dei gloria, amplioriq Prou^ae^ suae bono futurum
existimabit. Atq hisce me sanctis eius sacrificijs, et
orationibus commendo. Romae 16. Octobris 1632.

RV^ae^

Seruus in X^to^.
Mutius Vitelleschi

R.do P.ri in X.to P. Gasparo Druzbicki,
Prou.li Societatis IESV in Polonia

Cracouiam

16. Octob. 162.
De Negotiis S. Collij Desfutor



32

1633 Semitae 21 maii. 71 70

R.de [+] in Xo P.

P.ax Xri.

Etsi non dubito, quin Va etiam sine mea commonitione missura sit breui informationes de P. Gasparo Zwolinski, ut de illo ad gradum promouendo deliberari possimus; tamen quia video bonum Patrem mirari, post tot annos, quibus in Societate fuit, nullam de sua promotione mentionem fieri, hisce Vae commendandum duxi, ut si, cum eas leget, nondum de illo informationes confecerit, illas primo quoque tempore confici curet, statimque Eue mittat.

Petebat ijs, quas Va 22 Martij scribebat, num P. Stanislao Witwinski, etiam durante decennio, quo nuper indicatus fuit non esse gubernationi adhibendus, committi possit saltem Residentiæ alicuius gubernatio. Ad quod respondeo; Non videre me causam, cur tam citò ab eo, quod nuper maturo consilio, tum ad illius castigationem, tum ad aliorum exemplum decretum fuit, sit discedendum; cùm non putem, quantumcunque eum Va in quibusdam innocentem censeat, ita excusari a plerisque illi oppositis posse, ut immeritò pœna ei illa irrogata credi possit. Quare ne mutato tam citò consilio, nullâ iustâ apparente causâ, et nos inconstantiæ, et eos, quorum sententiam secuti sumus, temeritatis, et inconsiderantiæ damnemus, alium pro illo Bidgostiensi Residentiæ Superiorem quærat, caueamusque ne commiserationis affectu salubris exempli fructum ipsi corrumpamus.

Cum scriptis a Va 6. Aprilis accepi Decretum factum pro non unitis. Sed cùm ex ijs, quæ de perfidia illorum, quos quidam

P.li Poloniæ

lenioribus decretis demerendos censuerunt, appareat consilium illud diuinæ M.ti minus cordi esse, fortasse ratu respublica non habebit, quod inconsideratius in ~~consilium~~ præiudicium religionis videtur statutum.

M. Quod attinet ad causam Collegij Cracouiensis, cum ex ijs, quæ adhuc in illa acta fuere, perspicuè appareat, illam magis alieniore Procerum affectu, quàm momentis rationum oppugnatam fuisse, atq; in Comitijs non solùm de scholis Collegij Cracouiensis claudendis mussitatum fuerit, verumetiam (si verum est, quod a fide dignis huc scriptum fuit) de aliorum omnium Collegiorum nrorum scholis claudendis mussitatum fuerit, non possum quin R.V.æ summo affectu comendem, ut quantum cupit Soc.tem nram in Regno isto incolumem perpetuò seruari, neq; grauiori illa calamitate affligi, tantum etiam consilij, studij; et industriæ adhibeat, ad demerendos omni obsequij genere, atq; in primis singulari modestia, submissione, et obseruantia Nobilitatis ac Procerum animos; cùm illud planè necessarium sit ad Ordinem nrum, libertatemq; omnem, qua adhuc in Regno isto, cum tam insigni diuinæ gloriæ incremento munia nra obiuimus incolumem, et illæsam tuendam. Atq; ut hoc felicius, et efficacius fiat, R.V.a procuret, ut Nostri, quantum ulla ratione fieri potest ab ijs omnibus negotijs abstineant, quibus meritò beneuolentia Nobilitatis, et procerum cùm secularium, tum Ecclesiasticorum, a nobis vel tantillum abalienari posset: et ne quid per ullius imprudentiam uspiam fiat, quod huic consilio officere possit, consideret, quina-

in singulis Collegijs sint ad Nobilitatem Societati conciliandam magis opportuni, qui verò minus considerati, et prudentes, et modo etiam agendi vehementiore, et ingratiore; ut eis a conuersatione cum Nobilitate amotis, illi solum demerendis, conciliandisq. Proceribus adhibeantur, qui iudicabuntur illud non minus prudenter ac decorè, quam religiosè, feliciterq. facere posse. Et quoniam mihi futurum est magno leuamento sollicitudinis, quam grauissimam tam apertis alienioris a nobis Nobilitatis indicijs nuper ostensis concepi, si cognouero, R.V.am hanc rem maximè cordi sumpsisse, et opportunis ad consilia exequenda consilijs presidijs uti cœpisse, valde opto, ut me primo quoq. tempore certiorem faciat de modo, et ratione quam ad hanc rem adhibere cœperit. Atq. hisce me sanctis sacrificijs, et orationibus commendo. Romæ 21. Maij 1633

R.V.æ

Seruus in X.o

Mutius Vitellescus

Rdo Pri in Xo P. Martino Hincza, Provli Societatis IESV in Polonia

Cracouiam

No 13tio.

Rescripsi 1633 [illegible]

33 1633. 72

ACTA OFFICII. RECTORATUS.
in
RECTORATU SECUNDO.
Clariss.mi et Excell.mi D. Christophori Naumanowicz
Phiæ. et Medicinæ Doct. et Ordin. Professoris
Commutatione æstiua. Anno. 1633

Feria 4. post Octauas SS. Corporis Christi proxima.

Venerabiles et Excellentes DD. Gniatkowicz Facultatis Philosophicæ Decanus. Vitellius, Gregierowicz, Drazki, Porembius Collegæ maiores; Zapartowicz, Karinski Iurkowski minores, Facultatem totam Artisticã repræsentantes dictæ Facultatis nomine, cum Iuris sui ad Plebanatum Przemikowien. manifestatione ad officium Rectoris Venerunt, petentes, Vt ad dictum Plebanatum non ante, neq; aliter Rndo Dno Alberto Borowio Plebano nouiter electo, præsentatio extradatur, quam dicta Facultas Iuris sui duarum Videlicet partium tertiarum omnium Plebanatus fructuum Sit Secura. Quod sibi concedi petiit ex Rndissimi olim Myskowii Episcopi Crac. ordinatione, Conclusione recenti Vniuersitatis, Submissione D. Electi, et ex ipsa iustitia, cum omnino iustum Sit. Vt Rndus D. Electus quantum ex S. Floriani custodia, aliisq; maioris domus emolumentis cum residentia sua hic retinebit, tantum Facultati pauperrimæ ex fructibus Przemikowianis concedat, et quæ iustitia summa est, Vnicuiq; quod suum est, reddat. Quæ manifestatio Vt Iuri et Iustitiæ consona, est admissa, et Actis inscripta.

Feria 6. post Octau. SS. Corporis Christi proxima.

Venerabilis et Excellens D. Gniatkowicz Decanus Gregierowicz, Zapartowicz, Facultatis Philosophicæ Professores

Facul

Facultatis suae nomine, ad Officium Rectoris Venerunt, Plebanatus Przemikowien. Revisores, item et Magistrum aliquem, qui ibidem Sylvarum integritati ante possessionem, fundorumque anexorum, prospiceret, postulantes.

Feria 5ta. post Festum Visitationis B. M. Virginis proxima, Die Julij septima.

Cum Venerabilis et Excell. Albertus Gniatkowicz Phicae Facultatis Decanus, Professorib. Facultatis suae multis comitatus et de re eius sollicitus, maximè Verò Junis Facultatis suae exemplum alienationis in Plebanatu Przemikowien. metuens, ne Videlicet Plebanatus, qui Professorib. in sua Facultate labore iam fractis ad egressum, et pro emeritorio habetur, in posterum maioribus Professoribus, quibus melius est prospectum, in annexum cedat, aut Verius pauperiorum Professorum provisionem, et planè consanguinei pauperiores Maiorum Professorum (qui, quod fortunam et promotionem in manu Juniorum habeant, illis Videntur formidabiles facereque possent omnia) eripiant, et devorent.

Ad Offium Rectoris cum Junis sui manifestatione, multisque supplicationibus saepius Facultatis suae nomine Venisset, Adm. Rndus D. Albertus Borovius S. Th. Doct. et Professor ad dictam Parochiam Electus, non tam Vani Facultatis Phicae metus (quo, Vt aliqua diffidentiae nota Videbatur offendi) quam amoris, quem in praedictam Facultatem semper habuit, eiusque in hac praesertim temporis iniquitate illorum rationem habens, Submissioni suae, de duabus partibus tertiis omnium dicti Plebanatus fructuum iuxta Ordinationem Rndmi olim D. My Mowski, conclusionemque proximam Vniversitatis dictae Facultati extradendis, se satisfacturum promisit, dum modo dicta quoque Facultas ad Lites, omnesque Plebanatus defensiones, sumptus duas etiam tertias, contribuat. Quod quidem praedictus Adm. Rndus D. primum in facie Vniversitatis, secundò Verò bona fide, et immutabiliter, in certa DD. Deputator. Convocaone in praesentia D. Rectoris, et Adm.

R.

34
73

R. D. Martini Campii Vadouii Sacrae Theologiae Doctoris et Professoris, et Adm. R. D. Danielis Sigonii Sacrae Theologiae Doctoris et Professoris Canonici Cracouien. se praestiturum est pollicitus.


Cum ergo ita extra omnem metu[m] posita, verumque suarum iam secura Facultas esset 12. Julij die, Adm. R. D. Electo à D. Rectore praesentatio fuit subscripta



In rei fidem quod ita et in actis subscripto

Albertus Zarucaly [illegible]

Acad. Crac. Rector mpp



Actum in Curiâ Regiâ Varsaviensi
Feria Sexta Ante Dominicam Judica
Quadragesimalem proxima Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Trige
simo Quinto

Ad Officium et Acta praesentia Castren. Capitan. Varsavien. personaliter veniens Illris et Magnificus
Georgius de Tenczyn Ossolinski Thesaurarius Curiae Regni Bydgostien. Bielscen.
Capitaneus Sacrae Regiae Mtis et totius Reipublicae ad Sanctissimum Urbanum Divina
Providentia Papam Octavum cum obedien. Legatus eidem Officio breve Pargamenum
infrascriptum ab eodem Sanctissimo Urbano Divina providentia Papa Octavo concessum
ad ingrossandum in Acta praesentia Castren. Capitan. Varsavien. obtulit de tali serie verbo
rum. URBANUS Papa VIII Ad perpetuam rei memoriam Salvatoris et Do
mini nostri qui Charitas est, et Deus Pacis vices licet immeriti gerentes in terris in
ter gravissimas multiplicesque Apostolicae Servitutis curas, in eam peculiari studio
incumbimus, ut inter Christi fideles quoslibet pax et Concordia semotis litium
anfractibus confoveantur, litesque ipsae et Controversiae omnino eliminentur. Cum
itaque sicut dilectus filius nobilis Vir Georgius Ossolinski Comes de Tenczyn Cha
rissimi in Christo filii nostri Vladislai Poloniae et Sueciae Regis Illustris ad nos et
Apostolicam Sedem Orator eiusdem Vladislai Regis ac totius Reipublicae Regni Poloniae
nomine nobis nuper exponi fecit, pendente in Romana Curia in Rotae Auditorio,
lite et Causa etiam forsan in tertia vel alia instantia, seu in gradu restitutionis
